[illegible] dz et [illegible] obe [illegible]
[illegible] et reclamacione cordis [illegible]
teste [illegible] Benedicto Ubi ait s et ipa obe
tunc accepta est deo et dulcis hominibus
s qd iubet no trepide no tarde no te
[illegible] vt cu velit [illegible]
[illegible] malo s obed [illegible]
et no solo de [illegible] corde s murmurante
et s adimpleat iussione [illegible] acceptu
no est deo q cor respicit murmurante
[illegible] et pena [illegible] vt cu da
than et abiron vt [illegible] in libro nu
[illegible] vivos absorbuit [illegible] ob superio
[illegible] sunt inobedientes spuales sit aposta
te voti et [illegible] sue [illegible] et
[illegible] in [illegible]
Sicut enim inobe [illegible] et [illegible]
de celo [illegible] de regno [illegible]
de celo [illegible] monachu de statu [illegible]
ad eu [illegible] vel [illegible] inobe et
in morbus [illegible] dicitur [illegible]
in morbus [illegible] in lepra [illegible]
lepra [illegible] in religio
[illegible] voluntas [illegible] morbus
[illegible] in lepra [illegible]
[illegible] voluntate [illegible] reli
[illegible] difficile [illegible] et
[illegible] inobedie
in [illegible] adulterare [illegible]
[illegible] committere [illegible]
[illegible] corde [illegible]
[illegible] petrus [illegible] Sed paulus
inobe [illegible] Samuel
[illegible] impetrare
no potuit vt [illegible] historia

no inqo attende magistro primi

29 Ad alloquendum hanc sanctam con-
gregacionem verbum assumo quod
habetur prima Petri 5° et legitur
in epistola dominice currentis Detractant
de vobis tamquam de malefactoribus ceterisque domini specta-
biles dignitate ordine statu et sta-
bili secundum Dionisium in quodam sermone
deus semper est uniformis et equa-
liter bonus et pulcher est habens in se simpli-
cissime omnem speciem desiderabilem Et ideo
omnia totus est desiderabilis propter hoc
planarie et intime omnibus christianorum af-
fectibus debet ad ea que sursum sunt et non
ad ea que super terram totis conatibus
aspirare mentibus quod intuitu ad lucem
veram que illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum post ad sus-
cepcionem veri luminis acutatius preparare
oportet enim quod mens que vult deo
intendere primo purgetur post ea illuminetur
et deinde perficiatur quia ubi non precedat
purgacio non sequitur illuminacio Et
nisi descendat illuminacio non veniet
consummacio seu perfeccio Vnde mirum quoniam
ut ait Lincolniensis super angelica ierar-
chia Sicut oculi carnis infirmiores
prius suscipiunt lumen solis obscuris
et nigris coloribus perfusum deinde magis
confortati suscipiunt illud coloratum co-
loribus medijs Et postea visu robo-
rato suscipiunt perfusum coloribus albis
Deinde plus aptificati suscipiunt illud
[illegible] entibus perspicuis Tandem oculi perfecte
[illegible] solis radijs

Dixi primo quod debet vir ecclesiasticus
presertim prelatus debet plus celestibus quam
terrenis intendere quoniam ut scribit Augustinus
in libro de spiritu et anima duo sunt loca
inter que spiritus humanus ad utrumque
per libertatem arbitrij se movere potest ad
deum qui est in summo et ad mundum
qui est in ymo Deus autem semper est
immobilis et ipse solus in sua eternitate
inmutabilis vite tota simul et perfecta
possessio mundus vero corporis [illegible] in
stabilitatis semper instabilis varius
et umbratilis ac fluxibilis Veruntamen
inter hec extrema collocatus oportet
ut consideracione habita quo uel in quo
conveniat cum celestibus et in quo cum
terrenis tanto magis divinis intendat
quanto plus terrena longe a supernis celesti-
bus distancia esse cognoscat Nam super-
si prout legitur in libro de spiritu et anima spiritus
[illegible] hijs que deorsum sunt se [illegible]
[illegible] ditatem incurrit statim pacem sim-
plicitatis distraccio rapitur et a semetipso
quodammodo divisus dissipatur Et ut
ait Venerabilis Hugo de archa noe libro primo
Quando cor nostrum sine spiritus in per deside-
ria fluere cepit quasi in tot divisum e-
quot ea sunt que concupiscit hinc
nascitur motus sine stabilitate labor
sine requie cursus sine pervencione
ita ut semper sit inquietum spiritus in-
donec illi adherere cepit Vt igitur
ponat sibi felicitatem pontificatus et
[illegible] tem dum electi [illegible]

di p° vir ecclesiasticus et presertim prelatus debet plus celestibus quam terrenis intendere

[illegible] mo et regno terreno et celesti pene [illegible] positate [illegible] conservatus [illegible] in [illegible] non sit ad
[illegible] celo in quo eum oportuit eum salvum fieri sed si non obediencie cogitet illi quod preceptis
[illegible] cor humile ad obediendum sicut superioribus dimiserunt erecto collo incedentes con-
[illegible] superiores dicatis cum dathan et abiron [illegible] per solum moysen locutus est
[illegible] nobis locutus est non obediemus ei [illegible] nunc prelati solum sunt super nos [illegible]
[illegible] plato deus inspiravit [illegible] salutem et nos hac [illegible] nos adulterantes id
[illegible] sacerdotes et prelati custodiunt sciencia et legem requirunt ex ore ipsius angelus enim
[illegible] ipse prelatus dei et [illegible] penam eorum contradictorum et murmurancium
[illegible] dathan et abiron quos vivos terra absorbuit sic et vos timendum est ne quandoque vivos
[illegible] mortuos terra non [illegible] inferiores eos dampnando absorbebit [illegible] aut [illegible] ne
[illegible] apostolica doctrina obedite prepositis vestris et subiacete eis ut non dicat [illegible] a deo id
[illegible] Samueli dicebat non enim te abiecerunt sed me ne regnem super eos [illegible]
[illegible] prelatum reicit deum [illegible] vicarius [illegible] repellit et [illegible] qui [illegible]
[illegible] dubium quod [illegible] tenebras exteriores [illegible] ubi fletus erit et stridor dencium
[illegible] audiat [illegible] qui est super omnia deus benedictus in secula Amen

[illegible] pontenti [illegible]

obed[ien]t[ia] integre [secund]a p[er]tinet e[st] aut[em] sup[er]ioris
voluntati vel s[icu]t q[ui] obediunt cupiditate
ad et q[ui] obediunt cor[por]al[ite]r paucissi[m]i aut[em]
q[ui] obediunt sp[irit]ualitate et i[d]e[st] c[ontra] illos obe-
diendi optimus fuit i[d]e[st] Aug[ustinus] optimus min[ister]
e tuus n[on] q[ui] n[on] a te h[oc] audire
desiderat q[uo]d ip[s]e voluit s[ed] q[uo]d velle q[uo]d
a te audierit voluntatem cu[m] i[n]spexerit
obediencia in p[ro]p[ri]is s[ed] cu[m] p[re]cipiunt ad
ip[s]a facie[n]s s[ed] illa valet in aduersitate
i[n]iuncta in vilibilitate s[e]c[un]d[u]m virg[inem] in
ingressu tu[n]c ob[edienti]a in p[ro]p[ri]is n[on] de
cedat cu[m] obedi[enci]a p[er]fecta et volu[n]tati
cu[m] ob[edienci]a ut sit meritoria d[e]z p[er] e[a]d[em] h[abe]re
de n[on] suo s[ed] p[ro]p[ri]e n[on] desiderato ut
d[icit] gregorius in moralibus magnitudo
eius p[ro]p[ri]e alte[r]e in difficultate certi
op[er]is puritas in p[er]ficiente iniucta
p[ro]mptitudo in alacritate occurrens o ubi
si[n]t ubi isti q[ui] sic p[ro]mptissima volunta
te superiorum p[ro]p[ter] indiscressa
ca cu[m] tanta alacritate occurru[n]t s[icu]t ut
et impossibilia s[ibi] i[m]p[er]ata facere n[on] cu[n]c
tabant s[icu]t ut alios leg[er]u[n]t in vitis s[an]c[t]orum
p[at]rum co[n]ditum regule ut iucundi[ss]ime in vite
p[at]rum et de eo q[ui] in clibanu[m] succensu[m]
n[on] distulit intrare et illesus exivit
et de eo q[ui] inchoata litt[er]a p[er]fecte obmi
sit ne superiorem suu[m] paciatur et virtu
v[er]o p[er]fectione v[er]a et alia multa de q[ui]b[us]
et in collationibus p[at]rum et in vitis in le
legitur s[ed] iam in tediculo lamen...

no i[n]c[ipi]t attende[re] m[a]g[is] d[omi]n[u]m

sed g[e]n[er]al[ite]r q[ui]a de constitutione abb[at]um s[ed]
ut s[e]c[un]d[u]m sua[m] p[er]sonam v[er]sione q[ua]m q[ui]
recede ob[edienci]a abbatum s[ed] aut o[mn]e pastor
sp[irit]ualis reservat tam ab i[n]nocens sapi
entum incedit s[ed] in vita p[ro]p[ri]a i[n]natura
de quod[am] abbate iubente cu[m]q[ue] ad eu[m]
veniret sub velle h[ic] abbate n[on] mea
voluntate et mod[us] cu[m] eo cui videt ab
bas in q[ui]b[us] abbate n[on] ut sequar eius
voluntatem s[ed] ut et s[e]c[un]d[u]m tria n[on] ego p[ro]
te monasterio co[n]cessio ab obe[dienci]a c[onc]e[ss]a p[ro]
relevans nisi in monasterio abbate et adeo
p[ro]hibita s[ed] d[icit] raban[us] q[uo]d h[abe]o p[er] d[e]z obedire
superiori nisi sit tale in quo talis con
tra[ri]et ig[nor]anti[a] d[e]z et talis obe[dienci]a meritoria
ei i[m]minet et reclamant cordibus fide
liste s[ed] b[e]n[e]dicto tibi aut s[ed] et ip[s]a obe[dienci]a
tunc accepta erit deo et dulcis ho[min]ib[us]
si q[uo]d iubet[ur] n[on] trepide n[on] tarde n[on] te
pide aut cu[m] murmure vel cu[m] volente p[er]sol
efficia[n]t[ur] q[ui]a cu[m] malo s[ed] obedit[ur] p[er]fecte s[ed]
et n[on] s[ed] de bu[n]dancia corde s[ed] murmurant
et s[ed] adimpleat iussione t[ame]n acceptu[m] illud
n[on] erit deo q[ui] cor respicit murmurantis
viro et pena murmurantibus ut tu[n]c da
than et abiron ut h[abe]t[ur] in libro nu[meri]
quos t[er]ra vivos absorbuit s[ed] ob superi
bus s[e]c[un]d[u]m ius inobedientes sp[irit]uales s[icu]t aposta
te vocati et p[ro]fessio[n]e sue transgressores et
cogniti in s[e]c[un]d[u]m s[e]c[un]d[u]m suspensionis sentencias

29 Ad alloquendu[m] hanc s[an]c[t]am con
gregacio[n]em / v[er]bum assumo quod
scribitur / p[ri]ma Petri 5º / et legit[ur]
in ep[isto]la d[omi]nice currentis / Detractant
de vobis / Verbum p[ro]pos[itu]m p[re]fatis / ceteris d[omi]ni spectabiles
bles dignitate ordine statu et scia.
Si s[ecundu]m dyonisium in quoda[m] sermone
deus semp[er] est uniformis / et equa[liter]
bonus et pulc[her] est / h[ab]ens in se simpli
cissime omnem speciem desiderabilem / Et ex
omnia totus est desiderabilis / p[ro] s[an]c[t]o
plenarie et intime om[n]ib[us] x[rist]ianor[um] af
fectibus / debet ad ea que sursum sunt / et no
ad ea que supra terram / totis conatibus
aspirare / mentis q[ue] intuitu ad lucem
veram / que illuminat omne[m] homine[m]
venientem in hunc mundu[m] / sed ad sus
ceptionem veri luminis acutacius p[re]parare
Oportet enim quod mens / que vult deo
intende[re] p[ri]mo purgetur / post ea illuminet[ur]
et deinde p[er]ficiatur / quia n[on] precedat
purgacio non sequitur illuminacio / Et
nisi descendat illuminacio non veniet
consummacio seu p[er]fectio vite nostre / quem
ut ait Thomas super Angelica ierar
chia / Sicut oculi carnis in p[ri]ncipio tene
bris p[er]cipiunt lumine solis obscuris
et nigris coloribus p[re]fusi / deinde magis
confortati p[er]cipiunt i[d] [est] coloratis co
loribus medijs / Et postea visu robo
rato p[er]cipiunt p[er]fusis coloribus albis
Deinde plus aptificati suscipiunt illud
fulgentibus p[ro]p[ri]e suscepto / Tandem oculi p[er]fecte
claritate solis aspiciunt / solis radios
sup[er] fusis / Ita eciam oportet mentis o
culum in p[ri]mordio p[ri]mus a p[er]fici ad conu
[illegible] lumine solis intelligencie in grossioribus
piendo lumine solis intelligencie in grossioribus
deinde in subtilioribus / donec
tandem [illegible] luminis diuinitatis p[er]fectissime
tantum [illegible] extendat et restituat / in simplici
tatem sp[irit]us radium / Ut igitur ad lume[n]
verbi dei disponamur / ipsumque ulterius
in lumine dei amplectamur / p[ro] cordis lumine
impetrando uirginem x[rist]i veri luminis
salutemus dicentes / Ave maria gr[aci]a &c.

p[ri]m[um] Detractant de vobis / ubi sup[ra] / Sanctus
2m doctor 2m liber / q[uod] om[n]is vir ecclesiasticus p[re]
3m sertim prelatus debet plus celestibus quam
terrenis intendere / Secundo q[uod] sandalis
sua purgentibus p[ro]p[ri]e / Tertio formam
uiuendi qualiter in domo dei oportet
alios ambulare / ut sic p[er] cortina cor
tinam trahat / et qui audiat dicat veni

Dixi p[ri]mo / quod om[n]is vir ecclesiasticus
presertim prelatus / debet plus celestibus q[uam]
terrenis intendere / quia ut s[ecundu]m Aug[ustinum]
in libro de sp[irit]u et a[n]i[m]a / duo sunt loca
inter que sp[irit]us h[abe]t nimis ad utrumq[ue]
per libertatem arbitrij se mouere p[otes]t / ad
deum qui est i[n] summo / et ad mundum
qui est in ymo / Deus aut[em] semp[er] est
immobilis et ipse solus in sua eternitate
immutabilis / vita tota s[imu]l et p[er]fecta
possessio / mundus vero corporis sue in
stabilitatis semp[er] instabilis / varius
et umbratilis / sic fluxibilis / Veneranda
inter h[ec] extrema collocatus oportet
ut comparacione habita quo declinet
conveniat cum eternis / et in quo ea
eternis tanto magis d[iuin]is intendat
q[ua]nto plus terrena longe a superis celesti
bus distancia esse cognoscat / Et nam p[ro]
si prout legit[ur] in li[bro] de sp[irit]u et a[n]i[m]a / sp[iritu]s
in hijs que deorsum sunt se p[ro]p[ri]e
dignitatem immerserit / statim p[ro] sui si
mitate distractus rapitur et a semetipso
quodammodo diuisus dissipatur / Et ut
ait Venerabilis Hugo de archa noe li[bro] 3º
Dum cor nostrum / sine sp[iritu]s in p[re]de scien
tia fluere cepit / q[ua]si in tot diuisus e
/ quot ea sunt que concupiscat / Hinc
nascitur motus sine stabilitate labor
sine requie / cursus sine p[er]uencione
ita ut semp[er] sit inquietus / sp[iritu]s in
donec deo adherere cepit / Non igitur
ponat sibi felicitatem pontifex et
p[re]lati ceterique in sortem d[omi]ni electi in re
bus terrenis procul dubio p[re]teri
Vidi inquit ecclesiastes p[ri]mo cuncta sub
sole / et ecce vanitas vanitatum / et
omnia vanitas / Aut enim sunt boni
aut mali / Si mali lugeant q[ui]a ipsis
illor[um] dolore mixtus est et extrema
gaudij luctus occupabit / gaudium
enim ypocrite adinstar puncti / Si boni
quibus in honore sine labore / quibus in
prelacione sine tribulacione / quibus in sub
limitate sine vanitate uel saltem
sine p[er]iculo esse p[otes]t / Tunc p[ro]p[ter] multas
victorias / remigando in hoc mari
spacioso in quo reptilia quor[um] n[on] est
nu[merus] / t[em]p[or]alibus incrassati / blandicijs
mentibus mundanis seducti / oblectam[en]
tis carnis illecti / carne ac sanguine
conati / apud in suos contremiscunt / qui

di p[rim]o 70
ubi vir ecclesiasticus et p[re]sertim prelatus d[ebe]t plus celestibus q[uam] terrenis intendere

si solercius et acucius intendissent
quod vita presens sit misera multos
falles multos decipiens que dum
fugit nichil. dum videtur umbra e
dum exaltat fumus est, et quia sit dulcis
stultis, amara sapientibus, nequaquam
per abusum temporalium ad inferna mise
rabiliter descendissent. Et sic si se
bene esse dicat quem fallit aliena
pecunia autem utendum e temporalibus
prout sunt instrumenta virtutum non
viciorum. Vere toto corde dolendum est
quod nonnulli sunt qui rebus cadu
cis se immergunt et temporalibus ut dec-
tus vix sompniant. semper aurum et
argentum videntur. et redditus compu-
tant. semper de plurificacione redditum
cogitant. gracius intuentur aurum quam
solem quorum eciam oro. et addere sup-
plicatio auri querit vel vix dici potest
[illegible]. Nec mirum quia ut ait Gregorius
xviij moralium parte iiija omnes sancti huius
dilectores in terrenis rebus fortes sunt
in celestibus debiles. Nam pro temporali gloria
usque ad mortem desudare appetunt, et
pro spe perpetua nec parum quidem in la
bore subsistunt, pro terrenis lucris quas-
libet iniurias sustinent, et pro celesti
mercede vel tenuissimi verbi ferre con-
tumelias recusant, terreno etiam iudici
tota die assistere fortes sunt, in oracione
vero coram domino vnius eciam hore
momento lassantur. Sepe inditatem de-
iectorum summa pacientes diuiciis
atque honoribus tollerant et earum re-
spe se per abstinenciam abstinent ad
quas adipiscendas festinant, superna
aut laboriose querere tanto magis
dissimulant quanto magis ea retribui
tardius putant. hec ille. Sic e contra
viri sancti quia mutabilitatem temporalium
et vite breue terminum in desperatione
respiciunt, quasi morientes cottidie
viuunt, et tanto solidius mansiones
eternas in celis sibi preparant, quanto
nulla esse transitoria et omnia vana
ex fine pensant. hinc b. Gregorius viij
ll c xix moralium tractans illud Job Nichil enim sunt
dies mei, sic inquit Sancti viri quo ve-
rius summa cognoscunt eo sublimius
terrena despiciunt, et ideo presentis vite
dies nichil esse aspiciunt quia illuminate
mentis oculos in consideracione eternitatis
figunt. Vnde dum ad se redeunt quid
se esse in puluerem recognoscunt hec ipse

Quare cum non sit sanctum nec utile
in puluere magis mansiones querere quam
in celestibus querere. omnis vir ecclesiasticus
et precipue prelatus debet plus eternis quam
terrenis intendere, sic enim non decet loqui
le [illegible] sermones quibus presumimus detrac-
tant [illegible] dixi secundo quod vir eccle- di 2o ob hic ecclesiasticus maxime prelatus a[illegible] pa sua purgetibus prelati
siasticus maxime prelatus debet ascendere
a culpa sua purgetibus se tamen quam
secundum Dionisium 3o ca. angelice ierar-
chie unicuique ierarchie i. bene or-
dinate propone perfectorum ad dei imitacionem
reductam esse, qui eciam inquit, ut
illuminaciones diuinarum operacionum confuse et
in distincte videantur, ideo tam ange-
lica quam ecclesiastica gradus sunt
diuisi in primos medios et ultimos
ordines et operaciones suum ierarchicas ope-
raciones, et c. xmo inquit Vnaqueque
bene ordinata ierarchia tam ange-
lica quam humana habet eciam in se ope-
primas medias et ultimas ordinaciones
in quas vnusquisque siue angelus
siue homo ierarchicus i. bene ordinatus
percepit secundum propriam capacitatem dei
purgacionem illuminacionem et perfectionem
que deiformes operaciones hec ille. Opor-
tet ergo ad instar celestium deiformes
operaciones Episcopos et alios viros eccle-
siasticos operari ut videlicet secundum primas ordi-
naciones sint bene ordinati ad deum
secundum medias bene ordinati ad semet
ipsos, secundum ultimas bene regulati ad pro-
ximos et sic digne sibi subiectos
purgabunt illuminabunt et perficient
ordinati siquidem ad plenitudinem su-
me ierarchie in qua secundum Richardum
in li. de [illegible] deus in seraphin
amatur ut caritas, in cherubin noscitur
ut veritas, in thronis sedet ut equitas,
deum diligunt ut summa bonitatem
cognoscunt ut summa veritatem, timeant
presidibus ut summa equitate Sed
heu [illegible] ubi possunt hec discerni dit-
cionatus In indicatiuo non Nam proch
dolor in honore sunt primi. actione pe-
ccatis postremi et ubique vilissimus
computandus est nisi precellat sanctitate
et scientia qui est honore prestancior. ut
q. i. vilissimus. In imperatiuo non, ut
sic saltem regula in eis locum habeat
quod faciat per alterum quod per se facere videtur
de re. in [illegible] quod in palud li vi Nam

di 2o ... (left margin note, cut off)

in curiis et domibus talium pro parasitis
mimi per orpheum ioculatores tibicines
histriones et alii vani per ordines vero
ditores olei fovent, non in optativo
nam si vaporis ardore genuit ad actum
potentiam reducunt, sed heu dum po
terunt noluerunt, et forsan dum voluerint
non potuerint de officio delectabili cum prosper
non in convictio d'luctu zelatore com
guorum in utilitatem tenerorum non infirm
timo, nam talibus qui bona desiderata
ria conceperunt, sed ab illis per desidiam
aut carnem et sanguinem vel affectum
inordinatum reflectuntur. obviat apostolus
illa sua utinam aut frigidus aut
calidus esses sed quia neque frigidus
neque calidus incipiam te evomere Et
tum plures modi non occurrant, requirit
tales esse sine modo sine regula sine
ordine sine mensura, sed similitudinem
autem medie ierarchie debent prelati et
viri ecclesiastici presertim pontifices operatores
deiformes operari in illa quippe deus
dominatur ut maiestas, operatur ut
virtus, tuetur ut salus. quibus prelati
et ceteri omnia que divinam illuminacionem
impediunt submoveant, seque in actibus
virtutum exerceant, et omnia secundum gratiam
datam eis a deo agant et disponant
impulsibus contra statum ecclesie fortiter
resistant, et sic quemadmodum dicuntur
tum dominacionibus fortes autem cum po
testatibus, et ordinati debite cum virtutibus
Sed nimirum non sunt digni congre
dominacionibus qui conculcant a cathena
libidinis neophandissimis delibatis
conceptibus, et non nunquam operibus, quibus
iuta dum inviolabile imparant lege
imponunt se sciunt leterent nempe non
hos draconis dicos sed negrissimorum do
minorum servos eo quod qui facit pec
catum servus est peccati eius Sin vero potestates
esse ut associant potestatibus, qui po
testatibus intra erigent, non in beatitudini
bus dulcedinis, sed in scandalis ama
ritudinis qui et si se ab utuntur
spiritualibus, faveant tamen illos qui bene
dicacionibus vestium et apparamentorum ad cultum
divinum spectancium et consecraciones
ecclesiarum vendunt, ac pacta simoniacis
spiritualibus ne dum tractantes immo exposita
non sine gravi scandalo, et arctiori
grandi periculo facere non verentur sep

tum est aut, quod non tacet scriptu
ra societatis iniquie qui manifesto
facinori desinit obviare hoc proprium di
Error confiteri veritatis, non pensare
quod aut ordinant clericos a symoniaco
non symoniace, et illud male, aut
symoniace aut symoniaco et illud peius
aut a symoniaco et symoniace, et hoc pes
simum et apud fidelibus detestandum
Que aut pericula exinde sequantur
intelligat qui vellet arguat et sub
sinuat nam ordinatores et ordina
ti sunt lepra symonie infecti irre
gulares et ab officiis et execucione
suorum ordinum suspensi non videant
qualiter alios absolvunt, quo dedi
minis officiis que sine mortali exe
qui non possunt, se taliter qualiter intro
mittunt, quo dampnacionis sibi
penam multiplicando actus operacionum
accumulant, quam horribiliter sine
remedio talibus eorum disposicionibus
ad inferna descendunt, quos sapiens
providebit contra hec, et intelliget
iusticias domini propterea ad similitudinem
ierarchie in fine vi ecclesiastici presertim
pontifices et prelati ad exteriora bene
regulati, debent operatores deiformes
operari, ut sic exemplatum respondeat
exemplari Et quia in illa ierarchia
deus regit ut principium revelat ut
lux, assistit ut pietas, opus est
ut omnia exemplata ad primum redu
cant principium, ut lumine veritatis virtus
et faciens vendunt, ut opera pietatis et
bus devote exhibeant, et sic in prin
cipium omnia reducendo principabuntur
principium omnia reducendo principabuntur
vite cum principibus, revelabunt veritatem
cum archangelis, pietate exhibebunt
indigentibus et minoribus cum angelis
et sic cavebunt sibi a scandalis
huiusmodi igitur ierarchiis et ordinibus re
spondere doctrinis katholicis et sanctis
operibus, ut omnia sua concludant, qui
detractant doctoribus// Dixi tercio quod
viri ecclesiastici maxime pontifices et
prelati in corporis forma debent ordinem
qualiter alios in domo domini oporteat
ambulare, Oportet siquidem regulatum
esse virum ecclesiasticum, et inde ut ita
dicatur oculos interum ut subditi vita

di 3o
ois vir ecclesiasticus max
me platus in corpo form
a3 ordis qualr alios in
domo dni oporteat am
bulare

speculari prelatorum imbuti / secundum virtutum operibus imitantur Unde b. Gregorius in pastorali dicit pastor debet esse operatione precipuus ut grex qui ipsius vocem moresque sequitur melius per exempla quam per verba gradiatur / Unde ysidorus in libro de summo bono ca° xxxiiij Non debet dominus ducatum suscipere qui nescit subiectos tramite vite melioris preire / neque enim quisque ad hoc preficitur ut subditorum culpas corrigat et ipse vicijs serviat Proinde siquis propter enormitatem aut vanitatem vite se non dignum prelatione existimat / locum eius qui dignus est occupare non presumat Nam tam nobile et tam sanctum est sacerdotium quod ut nulla viciorum nota maculari se sinat Non edificabis inquit dominus david templum tuum / quia vir sanguinis. hoc est viciorum es tu. Ergo propter vitam scandalosam quibus ad prelationem ascendendi prohibetur // quid erit de illis / qui exempli pernicie subditos corrumpunt et inutilitate propter carentiam sciencie pertrahunt se abyssus fiat de illis. qui nec dum habent legem divine sciencie. sed etiam repellunt a se sapientum doctrinam tunc inquit dominus per osee prophetam repulisti a te scienciam / et ego te repellam ne sacerdocio fungaris de hoc habetur cum opusculo quare dicit ysidorus libro sententiarum c x°. Ignorans presulis vite non corrigit subiectorum / et ubique inquit dominus per ysayam ipsi pastores ignoraverunt scienciam / et itaque speculatores ceci omnes / doceant itaque verbo doceant quos pius opere quam sermone et quanto clariores sunt vocacione tanto plus clarescant et vite in quibus et si non fuit eminens sciencia competens tamen si vite sanctitas affuit. tollerantur. De remi. nisi cum per... Sed quo docebunt qui formam discipuli non susceperunt. De elec. cum in cunctis qualiter lucebunt qui agunt opera tenebrarum / tenebre namque lucem non comprehenderunt Johannes primo et qui male agit odit lucem. De offi. de lega. / consuluit / quod si quis sciat et occurrit patens ignorantia / nec dum crassa vel supina / sed etiam affectata

dampna scriptum est / ignorantis ignorabitur oves perimit et pastores an superfuit non requirunt. et tamen non potest esse pastoris occupatio / si lupus oves devoret et pastor nesciat / doctrinis etiam innumerabilibus studium prelatorum exigunt aves qui castra metati sunt / et hactenus dum quorum interest dormitaverunt et dormierunt / plorans ploravit ecclesia et lacrime eius in maxillis eius non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius / quoniam filij quos enutrivit spreverunt eam / et sub amicicie ac defensionis velamine facti sunt ei inimici. clamat addunt pro vindicta / non est qui corrigat ea / cum tamen sanguinis ovium de manibus prelatorum requiretur de offi. ordi. irrefragabili. pastores lac comedunt butirum exprimunt. lanis se operiunt / quod crassum est occidunt et comedunt / quod egrotum est non sanat quod infirmum non corroborant / quod confractum non consolidant propterea audite pastores verbum domini ecce inquit dominus per Ezechiam Ego ipse requiram sanguinem ovium de manibus vestris nec non cythara namque lira et timpanum tibia et vinum in conviviis prelatorum et opus dei non aspiciunt nec opera manuum suarum considerant / et ob hoc non voluerunt intelligere ut bene agerent / nobiles eorum interierunt fame / multitudo populi siti aruit propterea dilatavit infernus animam suam et aperuit os suum absque ullo termino Valentes viri sunt ad bibendum vinum. et fortes forsitan ad miscendum ebrietatem / trahunt iniquitatem in vinculis vanitatum. et quasi vinculum plaustri peccatum. iustificant impium pro muneribus / et iusticiam iustorum auferunt ab eis propter que et alia que non pensant / eo quod oculos habent et non vident Pavendum est ne quod absit. veniat tempus quo deus in novacula conducta radat capita pilos pedum et barbam universam Et ne propter insanitas neglectas prelatorum vita luxuriosam. enorme vana scandalosam et pompaticam veniet dies ulcionis domini contra omnes colles libani sublimes et super omnes ecclesias et super omnes quercus basan / et

super omnes colles electos super omnem
terram excelsam, et super omnem murum
electum, et auferat validum et forte
omne robur panis, virum bellatorem
iudicem prophetam ariolum et senem
et principem super lta. omne siquidem caput
languidum et omne cor merens, ruit
siquidem urbs et iudas concidit, quia
lingwe ipsorum et opera contra dominum. ut pro-
vocarent contra se oculos sue maiestatis
dum ergo tempus habetis, operemini bonum
ad omnes, maxime ad domesticos
fidei, luceat lux vestra coram hominibus
ut videant opera vestra bona et glori-
ficent patrem qui in celis est, contendite
plus etiam quam terrena querere a scan-
dalis pravis, in vobismetipsis for-
mam ostendere quo modo subditos
in domo dei oporteat ambulare
ut sic sublatis de medio scandalis
In quibus primo conticeant qui detrahunt de vobis
et hec erant verba proposita. In qui-
bus quidam verbis considero sacerdota-
lem eminenciam turpiter deformatam
in verbo detractat. detrahere siquidem
est famam aut honorem alterius detrecta-
re, summa vero iniquitas est detrahere
2o vi. q. i. Summa. 2o considero personale prelatorum
et aliorum clericorum consistenciam linguis
obloquencium quasi agitatam dum
annectitur de vobis. de vobis vero
qui estis genus electum regale
sacerdocium, gens sancta, populus acquisi-
cionis, quod est per penitenciam digneri. quod si no-
bis in eo detrahunt honores quod
estis zelatores legis divine, reipu-
blice aut fidei katholice defenso-
res vel alias salutis populi ordina-
tores, sinite eos quia ceca sunt et du-
ces cecorum, utilius enim scandalum
nasci permittitur quam veritas relin-
quatur. de re. iur. cum scandali
sinit. Si vero in eo detrahant
de vobis quod de salute populi minime
cogitatis, aut si forsan contraria que
vestra sunt et non que ihesu christi, et a ca-
stitatis ipsimet in dignitate, quia vero
homini per quem scandalum venit
et tunc non mirum si quis detrahat
di primo de vobis. Dixi primo quod in verbis
quod sacerdotalis eminencia turpiter deformata premissis considero sacerdotale eminen-
ciam turpiter deformatam. michi enim
sacerdotalis dignitatis in sancta ecclesia

est summa reverencia non tamen et sic
duo sunt quibus hic principaliter mundus
regitur, auctoritas sacra pontificum
et regalis potestas, in quibus tamen tanto
gravius est pondus sacerdotum quanto
etiam pro ipsis regibus hominum in
divino sunt reddituri examine racionem
xcvi. di. duo sunt, Sacerdotum
aut eminencia ex hiis arguitur, quod
ipsius eis temporibus malis reverenciam
exhibuerunt i. q. i. Non quales, Et quod
ministerio sacerdotum et non aliorum cor-
pus et sanguis christi conficitur
x. c. v. d. Ego in medio, quod per ipsorum
benedictionem populo divina gracia confertur
i. q. i. datum est, quod ipsorum ministerio pec-
cata dimittuntur i. q. i. ipsi, et ipsorum
officio futura revelantur. i. q. i. datum
est, originaliter augustinus in libro
questionum veteris et novi testamenti ponens
exemplum de Cayphas. Item arguitur ipsorum
altitudo et eminencia, quod ipsi
sunt lumen populi xxvi. di. Sacerdotes
sunt omnes presbiteri et magni xxxix. di.
Clarius dubitat, verum quia sic in gra-
cia dubitat, verum quia sit in gra-
du altissimo ne polluatur in eis nomen
domini. debent esse mente et corpore mun-
di. divinis officiis et sacerdocio esse
intenti discreti et docti xxxviii. di.
per totum in officiis suis cauti xxiii. q.
vi. c. i. in fine. omnibus prodesse suo
utiles et benivoli q. v. Deinde in
vestibus et in cessu maturi xli. di.
Clericus, de vita et honestate clericorum
Clericus, debent laudibus divinis et exem-
plo bono intendere v. q. iii. quia ipsi
nulli debent nocere, omnibus autem velle
prodesse, de postulan. c. ulti. Sed
utrumque mentaliter si sacerdotes boni
sunt altitudinis eminenciam, sunt lau-
dibus attollendi, ita scilicet mali sacer-
dotes propter status altitudinem sunt lu-
gendi, Nam quanto gradus altior
tanto casus gravior, culpa ex tempore
et pena in tempore Nichil quippe in
hac vita deo et hominibus acceptabilius
quam Episcopi presbiteri aut dyaconi digni
officiis, sed si per funccionem atque adu-
latorie res agatur, nichil miserabi-
lius tristius et dampnabilius xl. di.
dictum omnia Idcirco malus sacerdos depre-
candus suo ordine acquirit non dignitatem

Dixi 2°
quod prelati et clerici lin-
guis oblocuencium conti-
agitantur

ac sit quicumque nunquam bene dispositus
deprehendit frimacionem intra in veniet
confusionem in celo. Eadem dicit Augustinus pro-
spiciat ergo ne peccatum tenebris opu-
lentum sacerdotum deformet. Alioquin
tot mortibus dignus erit quot perniciosa
exempla in subditos transmittit et
hec de primo. Dixi secundo quod in verbis
premissis concedere personalem prelatorum
et aliorum clericorum consistencia linguis
oblocucium quibus agitatam dum an-
nectitur doolibus(?) in nomine ipse loco in
omni quasi domus angulo. Detrac-
tores deo odibiles detractant scilicet
sacerdotes, qui tonsores monete le-
galis, sicut impeditores testamenti
regalis velud confirmatores cadaueris
finalis. Nam sicut moneta legalis
licitam quod integra in qualitate
quantitate et pondere remanserit a nullo
potest licite refutari sic persone prelatorum
et etiam clericorum dum in fama sua
in integritate opinionis consistant a nullo
refutantur. Fama vero lesa in opinione
bona confracta non ita sunt sicut prius
venerantur. Detractantes sunt etiam
impeditores testamenti regalis. Pater
namque rex noster paciens redemptor
suis amatoribus mortuus dedit et in
testamento reliquit Joh. xiiii°: pacem quantum
est in eis dirimunt detractores qui
etiam sunt finalis cadaueris confir-
matores, dum peccata prelatorum et aliorum
clericorum secrete commissa que merito
essent sepelienda foras efferunt,
et sic per pecuniam manifestacionem sepultu-
ram frangunt. Ideo qui modis omnibus
debemus vigilantes sancta nostra opera co-
pia sic preparare ut non sit in nobis
actus reprehensibilis qui possit ab
aliis reprehendi. Positi siquidem
sumus in altitudine specula ut ab
omnibus videamur, et ideo tanto
culpa nostra fit apercior quanto am-
plius videatur. Quippe si volumus
esse laucius, bibere plenius, loqui li-
cencius, iacere melius, vigilare par-
cius, ieiunare rarius, facere que libent
liberius profecto timor est ne mere-
trices et publicani ad regnum celorum
nos precedant. Facilius quidem
est camelum intrare per foramen acus
quam sic dispositos intrare in regnum
celorum. Recordat sic psalterium

cum cithara non est conversus lucis
ad tenebras, nec sancti ad canes, et quia
nostra conspicimus quod nostris scandalis sub-
actibus pereunt ad quorum custodiam
nos preficit tenebrarum. Custodi inquit
dominus virum istum qui si lapsus fuerit
erit anima tua pro anima sua. 3° Reg. xx.
Heu vere frustra brutum super animal non est
hoc tempore gregem domini custodire set predari
non defendere set opponere, non pascere
sed mactare et vorare, dicente domino
Qui devorant plebem meam sicut
escam panis. Quia ergo cum dies mali
sunt redimamus tempus bonis operibus
ut in offenso pede possimus cum per-
fectibus priorum ad visionem et ad
fruicionem beatificam pervenire. Ad quam
nos perducere dignetur Christus dei fi-
lius per secula benedictus. Amen.

Sermo bonus pro doctoribus rudis. Res. 30
Clama ne cesses, ysaie lviii.

Omnis doctor ecclesiasticus ad
hoc vocatur a deo vel ab homine
missus ut doceat, non ut in auctor-
itate(?) ... ut moneat, non silen-
cio vel taciturnitate offendat, ut
doctrinam sic componat et fundat ne
pro vitiis mendacium simplicitate scan-
dalum pro edificacione hereticis
venenum infundat. Unde Augustinus
in de doctrina christiana: Officium docto-
ris ecclesiastici est ut doceat ut
moneat ut placeat. Sed quam ra-
rem dabit precio minus, qui mo-
nebit sordibus viciorum fedatus
cum illi doctrina morum illud obvi-
et apostoli: in quo alterum iudicas te
ipsum condempnas. Dicis non esse
furandum et fur es, castitatem com-
mendas seductor tu es, ieiunia et
abstinencia laudas, nec tamen
abstines set te potibus et volup-
tatibus ingurgitas, doctrino predicas
celorum, qui finis es nequissimo-
rum, quia peccatorum, eo quod qui
facit peccatum servus est peccati. Quos do-
cendo illuminas hos vita tene-
brosa confundis, legem aliis insi-
nuas, qui agis contra legem, fur-
ta predicando suspendis, adulteria
lapidas, maleficos dampnas
sed minimorum maior fur minorem

prependit magnus et invectatque
adulter minori adulterio quod parcat maximus hostis parvulum hostem dedignatur. Singularis doctoris commendacio in laudem ipsius dicitur Malachie 2o. Lex veritatis fuit in ore eius et iniquitas non est inventa in labiis eius. Ab enim doctoris legem dei docere debet in qua est veritas que a prima veritate que est deus processit. Sed revera prius debet esse lex in corde quam in ore quia in psalmo dicitur lex dei eius in corde ipsius. ut videlicet sit ibi per dilectionem sit et iugiter meditacionem iuxta illud psalmo quomodo dilexi legem tuam tota die meditatio mea est. Sed quomodo meditatio dei erit illis unde cor vagatur per plurima capitur pro malo congestas divicias unde corporalem in bonis terrenis sepultum aut per amorem carnalem in altero est tribulatum nempe ibi est ubi habitat ubi deambulat ubi paupertas dicente veritate ubi est thezaurus tuus ibi est et cor tuum. Requiritur equidem a doctore vel predicatore dei lex quia teste Malachia labia sacerdotis custodiunt scienciam et legem requirunt de ore eius. Requiritur autem ut lex audiatur ut corde diligatur ut ore doceatur ut opere impleatur. Requiritur a primo quod in audiendo sit studiosus in retinendo sollicitus. Requiritur a doctore ut que ore docet opere ostendat ut sic audientes verbum dei melius per exempla laudabilia quam per verba subtilia vel dulcia proficiant. Nam longum iter est per verba compendiosum et breve per opera. Si ergo adest qui doceat non debet abesse qui audiat verbum contemptibiliter. Verbum dei inquit dominus per prophetam. Audite verbum dei principes sodomorum auribus percipite legem dei viri populi gomorre. Certe hic verbum dei proponitur nec auditur sed que pena sodome et gomorre certe ignis et sulphuris ac eterne dampnacionis qua utique timere deberet qui nec legem dei nec aliquid boni docere auribus suis curat percipere et hoc ideo quia tales cum deo partem non habent Christo dicente Johannis 8o propterea vos non auditis quia ex deo non estis.

Et hinc venit quod iusto iudicio istorum vota deus non audit quia verba sua audire contempnunt iuxta illud Proverbiorum xxviii capitulo Qui declinat aurem suam ne audiat legem oratio eius erit execrabilis. nec mirum quia sicut Augustinus in libro Omeliarum Non minus reus erit qui negligenter verbum dei audit quam ille qui corpus Christi sua negligencia in terram cadere permittit. Et ideo quanta sollicitudine observamus cum corpus Christi nobis ministratur ut nichil de ipso de manibus nostris in terram cadat tanta sollicitudine observetur ne verbum quod nobis erogatur dum aliud aut cogitamus aut loquimur de corde nostro depereat et cetera. Iterum rogo vos quid non magis reus erit contemptor vel detractor verbi quippe dei non debet esse alligatum. Nonnulli tamen sic rogari volunt ut loquantur eis placencia nec vicia ipsorum in aliquo mordeat cum tamen apostolus non doceat alia quam que instit[illegible] [illegible]. Si ergo verbum dei placeat sit laus deo si vero viciis auditoribus displiceat tu predicator et doctor nichilominus clama ne cesses et quasi tubam exalta vocem tuam et annuncia populo scelera eorum. Vox enim domini inquit Clama Ysaias 40. qui dixit quid clamabo et vox domini inquit omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos agri exsiccatum est fenum et cecidit flos quia spiritus domini sufflavit in eo et periit. Vere fenum est populus. Si enim omnis generacio humana non est fenum ubi est gloria regum ubi victoria principum ubi fama heroum ubi superbia caldeorum fortitudo romanorum dominia regnorum et civitatum. ubi fortissimus Sampson ubi pulcher Absalon ubi Helena tam pre ceteris pulcra ubi Grecorum muri et menia ubi Francorum potestas que languuit ubi Hunnorum regnum quod turbat nunc terram et quatit. Ubi Boemorum magnificencia ubi dignitas [illegible] virtus fortitudo altitudo magnitudo latitudo et potestas ubi potencia sit avi et parentes nostri et amici ubi sunt illi qui nobiscum superiori anno natalicia festorum celebraverunt qua et quanta

de brevitate vite

de temporali gloria cogitabant, quam vitam
producere optimabant. Sed repente in
hiis que non tam cito venire cogi-
tabant in ventum perierunt. Clama ergo
ne cesses ut homines mortalitatem
propriam attendant nec in terra sed in celis
ubi nec erugo nec tinea demolitur
thezaurizent. Clama quod hodie sunt
aliqui non erunt, et pauci fuerunt
delati ad tumulum. Sic erant quasi non
fuissent. Unde Job: fuissem quasi non essem
de utero translatus ad tumulum. Clama
ne cesses, quod mundus iste fallit
multos, multos seducit, multos dam-
pnacionis inducit, eo quod beati fuerunt
qui blandiciis eius et oblectamen-
ta prependerunt, qui vero ipsum co-
mendaverunt non ipsum quod fallax est
cognoverunt. Sed mali quia mentes
in delectacionibus defigunt, eo quod nec
presencia esse considerant nec eterna
querunt, pro magno pensant quod
in creaturis inordinata refrigeria
inveniant, qui cum [illegible] interdum
paciuntur latebras effugii inveniunt
et ad voluptatem carnalium desideriorum
protinus resurgunt, quos nec in tem-
pestates [illegible] divicias [illegible] de-
mulcent, et ne desperati proximorum
eos deprimant, sese dignitatibus exal-
tant. Si vero fastidio corporis attenuentur
epularum diversitatibus nutriunt, si quos
mesticie pulsu quaciuntur mox per mul-
ta locorum blandimenta relevantur,
et brevi tot sunt effugia quot
sibi preparant delectacia et pro refrigerio
delectamenta hec attendunt, eo quod ibi spiritus
deficit ubi caro in blandimentis aut
voluptatibus mundi et carnis requie-
scit. Non enim concordat psalterium et cy-
thara, nec ita carnis cum viribus spiritus
convenit quia caro concupiscit adversus
spiritum, spiritus adversus carnem. Hec enim
sibi adinvicem adversantur. Spiritus asper-
itatibus nutritur, caro mollibus refovetur,
carnem blanda reficiunt, hanc aspera
exercent, caro delectabilibus pascitur, spiritus
asperitudinibus vegetatur, carnem
dura sauciant, spiritum mollia necant.
Et hinc venit quod mali brevitatem
vite non pensant, nec verbis traducti
cum timore dei et graciarum actione

vivunt, sic cecantur ut totam spem suam
in rebus mundanis ponant, et sic
cecitate insensibili oculi ipsorum clau-
duntur ut eterne lucis illustracionem non videant.
Unde fit ut et si iam ipsos molestia
corporis urgeat, et vicina mors hu-
ius tamen vitalis spiritus incidat, ipsi tamen
nichilominus curare que mundi sunt
non cessant, iam quia eos ultor ad
iudicium percipit, ipsi tamen rebus temporali-
bus occupati nichil aliud cogitant
nisi qualiter in hoc seculo vivant, aut
qualiter ipsorum filii glorie appareant.
Quibus istud venit mirabile, quod
omnia tunc relinquendo, quia de posses-
sionibus disponunt, et hoc ideo quia spes
vivendi non frangitur, eciam cum vi-
ta finiatur. Clamasti vite hominum
brevitatem, clama ne cesses distric-
ti iudicii severitatem. Johelis primo
dicitur: Clamate a a a diei quia prope
est dies domini et quasi vastitas a
potente ita veniet. Ubi tunc ait
scriptura: vix iustus salvabitur, impius
ergo et peccator ubi parebunt? Propter quod
nedum malus sed eciam bonus severi-
tatem districti iudicii pertimescat
et iugiter consideret, quia iudex eternus
cum maiestate et gloria ad iudicandum
adveniat, qui nedum iniusticias sed
eciam ipsas iusticias, nedum peccata sed
et illa que digne bonorum opera vi-
debantur iudicabit. Hoc enim Cyprianus
senciens eos qui cuncta sua opera que
intelligere potuit devitavit quod eis sit
pre falso ventura ad districtum ex-
amen eciam illa que in semetipso
non intelligit pertimescat. Hoc nimirum
quis enim considerare potest quanta mala
per momenta temporis ipsius in constabilibus
cogitacionum motibus perpetramus. Sancta
lex quippe est opera prava vitare sed
nimis est difficile ab illicita cogita-
cione cor tergere, sanctus iusti et si mandi-
ta dei se servasse nunquam meminerint
quia tamen se comprehendere et iudicare
ad plenum nequeunt eo quod legerunt quia
an odio vel amore dignus sit ne-
sciunt, appropinquante iudicium tremunt. Con-
sideremus ergo viam vite nostre quod
peccato et defectui est subiecta. [illegible]

damus quod est nec hoc quidem in aliquo
reatu meo est quod laudabiliter gessimus
si pietate remota iudicent / quis enim
virorum david melior · paulo sanctior ja
cobo apostolo sanctior / et johanne aquila
superior vel altior · david enim perpendat
districtum superioris examen dominum inquit
non intres in iudicium cum servo tuo quia
non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens · pau
lus bonitatem operum suorum relatorum
ad districtam dei iusticiam considerans
dum dixisset nichil mihi conscius sum /
addit / sed non in hoc iustificatus sum /
Jacobus humanam considerans naturam
suis defectui inquit · in multis offendimus
omnes johannes volens et iustos red
dere timoratos ne forte de securita
te mandant peccatum inquit Si dixeri
mus quia peccatum non habemus · ipsi nos
seducimus / et veritas in nobis non est
Si ergo hec et alia que plurima ad
districtum dei iudicium contremiscunt
columpne / quid faciant tabule / quo
stabunt mobilia virgulta si turbinis
pavoris turbine cadri contremiscunt pen
sate queso quod in conspectu dei · nec celi
sunt mundi / et in angelis suis re
perit pravitatem / quanto magis in
nobis mutabilibus et vanis / qui cotti
die bibimus quasi aquam iniquitatem Et
potissime hoc tempore in quo superhabundat
iniquitas et refrigescit caritas multorum
omnes declinaverunt simul inutiles
facti sunt / non est qui faciat bonum
non est usque ad unum Tota quippe
vita hominis est plena peccatis ut vix
valeat inveniri / qui non ad sini
stram / qui non recitat post priorem
ad vomitum qui non putrescat in ster
core suo qui non gaudet cum male
fecit et exultet in rebus pessimis / quo
niam repleti sunt homines iniquitate
malicia fornicatione · avaricia nequi
cia pleni sunt invidia homicidiis
contencione dolo simplicitate maligni
tate susurrones sunt detractores odio
odibiles contumeliosi elati superbi inven
tores malorum / parentibus non obedien
tes insipientes incompositi sine affec
tione absque fide sine misericordia De immunde
immunde luxuriosi heretici scismatici
ypocrite ambiciosi et cupidis rapto
ribus predonibus violentis · exactoribus
usurariis falsariis impiis sacrilegis
proditoribus · mendacibus / adulatoribus
gulosis ebriosis adulteris incestuosis
immundis pigris negligentibus vagis
prodigis iracundis impacientibus per
iuris cupiditatibus presumptuosis · arrogan
tibus incredulis / desperatis furibus lu
soribus satiris et mimis et dimicanti
bus vicus viciatis Sed revera omnibus isti
sicut fumus deficiat deficient / et sicut
fluit cera a facie ignis ita peccatores pe
ribunt / ut districtum sibi non placabilem
iudicem inveniant · qui quasi ludum diem
iudicii existimabat Certa clama ne
cesses vehementi amaritudine cala
mitate non est pena sed intollerabilis
erit calamitas impiorum digna flere
ysaias · Ecce videntes clamabunt
foris angeli pacis amare flebunt
dissipate sunt vie · cessavit transiens
per semitam irritum est pactum civitates non re
putavit homines · luxit et languit
terra / confusus est libanus et obsur
duit Et daniel iiij°. Ecce vigil et
sanctus de celo descendit de celo clamavit
fortiter et sic ait Succidite arborem
et precidite ramos eius et excutite fo
lia eius / et dispergite fructum eius
alligate vinculis ferreis et ereis que enim
maior calamitas esse potest quam a facie
divina inmergi visione consistat tota
sanctorum felicitas separari a gaudio di
ctorum contemplacionis sempiterni Sed pessima omnium
sanctorum societate separari mori vite eterne
et vivere morti sempiterne · profundo
fluctuantis vehemencie immergi · edaci
bus dentibus serpentibus incessanter la
niari / nec unquam finiri · habitari fuma
lis caligine oculos obcecari nec sen
tire quod illuminet sed sentire quod cruciat
Ecce huiusmodi calamitatem spectat ille de quo
ait psalmista Supra eos cecidit ignis et non
viderunt solem / quia miniorum ignis super
impios cadit · sed sol igne cadente non
cernitur Nam illos quos vehemens flamma
devorat / a visione veri luminis cecat ut
foris eos dolor combustionis cruciet / intus
pena cecitatis obscuret Ubi miseris et
dampnatis erit mors sine morte fi
nis sine fine · defectus sine defectu ubi
mors semper vivit et finis semper incipit
et defectus deficere nescit · mors perimit
non extinguit ubi nichil videtur in
venitur nisi quod displicet cruciat et
offendit Si ergo a gemitibus carnis et mun
di / peccatores non retrahit vite bonitas
et iudicii districti severitas / saltem re
trahat ineffabilis miseria et calamitas

2m ... (margin, partly cut off)

3m
de vehementi amari
tudine calamitatis

Si nos non retrahit a peccato amor dei
saltem retrahat nos a peccato timor
iudicij. separacio divine faciei. metus
vehemens laquei mortis. dolores
inferni ignis urens. vermis corro-
dens sulphur fetens. flamma tartarea
et omnia mala. Sic agit doctor et
predicator. clama ne cesses. inspice
exemplar quod tibi in monte mo-
stratum est Johannem Baptistam pre-
conem domini. qui sanctitate tunice
et vite austeritate considerans ne falle-
rent famine vitam pollueret. fu-
git in desertum et heremiticam vitam
duxit. Hic severitate districti iudi-
cij et calamitate vehementi considerans
dicebat iudeis Genimina viperarum
quis ostendit vobis fugere a ventura
ira. Hic provocat lubricos ad casti-
tatem quia teste psalmista fuit vox domini
super aquas. clamabat timidos ad
fortitudinem. quia fuit vox domini
in virtute vox domini in magnificencia. ti-
midos ad obedienciam et humilitatem
quia fuit vox domini confringentis ce-
dros. impios ad caritatem quia
fuit vox domini intercidentis flammam
ignis. tepidos ad cursus velocitatem
quia fuit vox domini preparantis cervos.
Et sic revelavit condensa et reve-
lavit abscondita in quibus Ecce
agnus dei Cui omnes in templo di-
cant gloriam et benediccionem Ad quem
laudandum cum angelis suis per-
ducat nos dei filius xpus. deus
qui per secula benedictus Amen.

31 Longe est dominus ab impijs. Proverbiorum
xv. Sicut ait Hugo de archa
noe in prohemio finaliter et
pagani et infideles quamquam in regno
dei esse dicuntur eo quod ipse omne quod
condidit per divinitatis sue potenciam
tenet et regit. Sic ut idem ait falsi
fideles in domo eius esse videntur.
hoc est in ecclesia eo quod omnibus quos
ad fidem vocavit sacramentorum suorum
participacionem tradit. Sed veri fideles et
iusti nedum in domo eius sunt sed
eciam ipsi domus eius sunt eo quod
eos per dilectionem inhabitans possidet
et regit. omnesque in domo eius sumus
per condicionem quia creavit nos. in do-
mo eius sumus per fidem quia vocavit

nos. omnes in domo eius sumus quia
inhabitat nos spiritus ipsius. quod longe est
dominus ab impijs Salomonis testimonio pro-
batur Sed nunquid ut ait [illegible]
per missus est. deus quidem equaliter
et indifferenter ubique presto est. divine
videlicet presencia maiestatis et magnitudinis
virtutis sue. Hec tamen conversacione sive
inhabitacione quibusdam longe quibusdam
prope esse dicitur. angelorum dumtaxat
et hominum sanctorum. Porro quantum distat
via dei a gentia. aut quantum distat
oriens ab occidente. sic et amplius
a peccatoribus salus longe est. longeque est dominus
ab impijs. Preterea sicut ait Cassianus
in collacionibus patrum. credere tamen
conversa fide nos convenit. nichil penitus
tributione dampnari tunc in pena
oculos aperiet quos diu clausos te-
nebat in culpa Nemo igitur dicat ani-
dem humana facta non curare cum iniq-
quempiam iniquitates suas liberare
conspiciat cumulare subito cum tollit
qui diu tollerat. verba Gregorii xxv.
moralium c. ho. Et hoc ideo quia diuine
recompensationis est copiosa equi-
tas O diue deus quibus hodie palamus
remanet si mox per culpa gladius
vltionis in intima infligetur Ecce
vtraque spiritualem et sclaruam in praeparabile
decernit Aspice illum et considerate
quante inplacabilis eius an in venialibus
quante virium facientem videam et quante
fidem Jeremie v. Alius per uilitatibus
facultatibus estimat Alius per meritis

laudibus anhelat alius lascivie motibus
flagrat alius carnis voluptatibus in-
ardescit alius falsa leticia hilares-
cit vera perimit et ducis corporis. Ve nobis
quia peccavimus Trenorum 5. Sed vadam
ad optimates scilicet ad spirituales ipsi cognove-
runt viam domini et iudicium dei sui
et ecce magis hii simul confregerunt iu-
gum ruperunt vincula Jeremie 5. Oves
ergo violato pastore quis curandis
omnibus adhibebit medicinam aut quis
potentum ordinis clipeo tueatur qui iacu-
lis hostium sese feriendum opponit in
vulnerato. Ergo quia languescente
pastore grex in predationem laniandus
exponitur. Ideo languescente ecclesia
non leve discrimen imminebit ponti-
ficibus. Plurimis quia committit plus in
dispensatione. Cum enim in tempore delin-
quentes noluit eos punire dubio pa-
stor tacendo occidit. Ut in di. Ephesi.
Heu domine deus monstruosa res est
speculator cecus preco mutus pugil
mancus medicus morbum ignorans
architector edificium nesciens agrico-
la qui non novit aratrum nauta na-
vem auriga qui non novit currum.
Non est hodie qui se rebus opponat
beat Johannem ut Moysen fortem
ydolatris Heliam [illegible] avaris
Petrum mentientibus Paulum blasphe-
mantibus Christum negantibus qui vulgum
non spernat sed doceat non pal-
pet sed arguat non gravet sed foveat
at principes non paveat [illegible]
non spoliet sed emendet marsupia
non exhauriat sed corda reficiat
et crimina corrigat. Hec Holgot super
librum sap. l. c. O pastor et ydo-
lum Zach. xi. perdit enim memoriam
laborum meus et eius obligata cu-
ris 83 di. [illegible] ut [illegible] quia
[illegible] hodie non corrigant quomodo enim
quis filios potest corrigere cum seipsum
emendare non possit 8 q. 1. Quod autem
[illegible] horrendum indignum fiat
huius qui preerunt Sapiens testatur
ut quilibet diligenter suo in regi-
mine officio attendens quia dure re-
compensationis copiosa est equitas
hoc opere in cordis tabula [illegible]
[illegible] prelatos annotatur et ideo
velud stella matutina actionum bo-
norum varietate velud quibusdam

radiis micantibus in conspectu singulorum
fulgurabat erat enim reverentia ponti-
ficum in actibus sacerdotum beneficiis virgi-
num fundatrix studiorum, alatrix viduarum, con-
solatrix orphanorum, clipeus pauperum
refugium oppressorum in eventu [illegible]
pia Martha infirmorum et magna [illegible]
contemplatorum Rachel et figure re-
rum supra limina eius dependentes
liquide demonstrant et velud signa
effectum vite eius pristine indicant
sanctitatem. Nos quoque cum adhuc su-
mus in hac vita [illegible] [illegible]
ta caritate perdita reparare observata
ad candorem iusticie revocare et nunc
meritis laboribus tandem digne gloriam
superiorum adipisci mereamur in patria
eternam nobis concedat qui sine fine re-
gnat in secula seculorum Amen. De sancto spiritu sermo.

In nomine domini nostri Ihesu Christi Amen. 33

Caritas dei diffusa est in cordi-
bus nostris per spiritum sanctum qui da-
tus est nobis. Ad Romanos v.
capitulo. Et conspirat in [illegible] decime cari-
tatis [illegible] [illegible] et domini [illegible]
nostri [illegible] [illegible] septimam legimus a-
postolos [illegible] spiritum sanctum
recepisse [illegible] domino intra consistente
in spiritu flatus emissione. Secundum [illegible]
[illegible] residente in radiis igneis ad
modum linguarum apparuit. Ad innuendum
quod caritas que in cordibus nostris dif-
funditur duobus preceptis scilicet dei et pro-
ximi impletur. In terra datur ut proximus
ametur. De celo vero mittitur ut deus
super omnia diligatur. Sed quia dilectionem
naturaliter antecedit cognitio sicut con-
cupiscentiam apprehensio, eo quod vires
anime sic ordinate sunt, ut cognitiva
sit ante affectivam. Et ideo sicut in
motoribus et in motis ordinatis
destructo priori destruitur et posterius
sic ablata cognitione aufertur dilectio
[illegible] quod dicit Augustinus invisa possumus
diligere incognita nequaquam, vix ergo
[illegible] amatur et concupiscitur nisi prius
noscatur, quia sicut [illegible] delectabile ap-
prehensum movet appetitum [illegible]
aut auditum visum et non nisi gustum.
Sic in [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible]
[illegible] quod audit videt et gustat. Sed
audit [illegible] videt [illegible] [illegible]

gustare vero perfectorum. Unde quorum perfectorum vires gerunt viri sancti delectati. Gustate igitur et videte quoniam suavis est dominus. Et fastidientibus aliis pre appetitu spiritus. Unde Richardus scotus ut arbitror, ad fastidium perfectorum bonorum meliorum pertingere quam interiorum bonorum dulcedinem non dum meruit gustando sentire. Ideo ait Anshelmus Excita nunc anima totum intellectum tuum et cogita quantum potes quantum sit illud bonum quod precellit omnia bona. Si enim honores appetuntur, ipse est primus honor, si quies ipse est summa requies. Et sine ipso nulla quies ut ait Augustinus in libro confessionum. Sicut enim nulla res quiescat naturaliter nisi in loco sibi naturali. Sic anima humana non quiescat perfecte nisi redeat ad deum a quo exivit in quo fuit ydealiter ab eterno. Huius figura pulchra habetur Genesis viii ubi dicitur. Quod Noe emisit columbam que cum non inveniret ubi requiesceret reversa est ad eum in archam. Noe interpretatur quiescens et significat deum patrem qui semper ab eterno quievit in semetipso. Archa vero est verbum eternum in quo sunt omnia rationes ydeales vitales et tales, ab eterno, a quo postea in esse proprio profluxerunt. Fenestra vero que est superior pars arche significat rationem illam ydealem celestis per creationem rationis qua spiritus intellectuales profluxerunt. Ab hac igitur fenestra columba emissa est id est spiritus rationalis qui in natura quietatur quousque in principium suum reducatur a quo originaliter est deductus. Sic etiam sol non quiesceret nisi pervenerit ad locum in quo est creatus. Illuc ergo cum pervenit anima delectabiliter requiescet. Juxta illud psalmi. Torrente voluptatis potabis eos. Ceterum creature secundum Anshelmum delectant particulariter ut sapida gustum, sonora auditum etc. Deus vero solus generaliter quia omnis perfectionis boni ipse causa. Cetera secundum Augustinum delectant superficialiter solus deus intime. Eo quod solus animam substantialiter penetrat et ideo medullitus eam solus delectat. Cetera eciam delectant temporaliter solus deus eternaliter quare ut dulcedinem eius per rivos

sacre scripture ab eo emanantes degustare valeamus. Fons eorum qui est caritas increata a nobis invocetur per antiphonam / veni sancte spiritus. Invocetur / Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis / tercio ubi supra. Unde ait veritas Johannis xv. Maiorem hanc dilectionem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Utrumque excellentissime caritatis dei declaracione et nostrorum cordium in suum amorem excitatione. Sciendum quod anima rationalis consideratur tripliciter primo in quantum est natura et sic amans deum efficitur innumeris beneficiis. Secundo consideratur in quantum est deliberativa et sic amans deum efficitur infinitis preeminentiis. Tercio consideratur in quantum gratificata et sic amans deum efficitur gratiarum influentiis. Et secundum hanc triplicem considerationem triplex est calor anime naturalis, voluntarius et mirabilis. Primus calor anime scilicet ex beneficiis vocatur naturalis ideo quia sicut enim incorporabiliter quoddammodo generatur in anima nobilissima forma accidentalis scilicet amicitia. Sicut in materia naturaliter generatur forma substantialis. Unde sicut patet generatio naturalis fit per actionem et actio per contactum. Contrarium enim contingens contrarium agit in ipsum et alterat et si magnitudine prevalet, sibi assimilat. Ut enim ignis agit in materiam et sua caliditate frigiditatem expellens frigidam facit calidam, et cum actum continuat tandem necessario dispositionem habitus sequitur et [illegible] in primo calens ignis efficitur et altera fit alia. Cum altera generatio non committeretur, sic deus amans hominem non amantem se in primo inimicum summo [illegible] vestro. Cum enim inimici essemus reconciliati sumus per mortem filii eius. Et non solum deus amans sed etiam ardenter amans [illegible] Deuteronomii iiii quod dicitur Deus noster ignis consumens est. Homo autem non amans frigidus ut terra propter quod dictum fuit sibi Genesis iii. Terra es et in terram ibis. Cum ignis dei [illegible] hominis appropinquat beneficiis ipsum tangit et tangendo

p^o

2°

3°

di p^o de calore anime [illegible]

ad forma sua disponit scz amiciciaz
et primo celestinos alterat sed[um] illud ps[almi] tā-
tange montes et fumigabunt / tandē
sequitur et continue agens. qr non cess-
sat admonemētū abn̄fioꝫ trax hominis
igniti reddit et inuicta compellens
forma amiciae in cor hominis intro-
ducat iuxta illud luce xii Ignem veni
mittere in terram Cū ergo natura est
vis in sua rebus consililibus sua pro-
aus. naturaliter quodammodo caritas dei
in nobis generat dilectionē et sic deū
etiam si nobis beneficioꝫ amare coga-
mus. Ideo dicit beata Johannis 4o. Diliga-
te deum qui ipse prior dilexit vos

di 2o de potentia aie vi[delicet] volitivo et deliberativo

Secundus spiritus aie est qui volun-
tarius tunc enim homo deū diligit in
capit in amantū suscipit qui paruoli-
tatiam susceptionē et dilectionē. sed
quia dilectionē deliberatio autem tradit
adhuc dum igitur ratio voluntas de-
liberat et tandē eligit Ecce igitur
duo liberada sunt, scz deus et homo
creator et creatura ex hoꝛ in ratio
eligere dicamus diligenter videamus
Si enim ratio est hominis qr certū est.
homo peccatus sicut ratio xpi. qui xpē
te factus est ho. xpē te vtique redime-
rdum morte suauitatis sue xpē te
audiendum verbis docuit et ex lib
vite sue xpē te reficiendū cibo et
potu corporis et sanguis sui suggit ut
homo manducaret panē angeloꝝ
creator angeloꝝ factus est homo Si
ratio est hominis qr ipse ipse ꝓprius re-
gnum et deus dicamus Si amicus
hominis est qui destaces tendit ad
hoc ut desinat esse qr mortuus
homo non est ho. sed potius ratio filii
dei. qui resurgens amortuis iam
non moritur Ergo. d. Sic diligam pro-
ut hominem non ut deū vide ut dili-
gas deū Si amare posset ymago
depicta nō me magis caret ymagi-
nem in mente pictoris 2m quam facta est
qua alia est sibi plenam sui qua facta
est Cum ergo ratio nostra adoptari ydee in
mente diuina facta sit et ab ea vi-
ta habet juxta illud Johannis 1o quod fac-
tum est in ipso vita erat et ideo illā ydeaz
potius magis diligere debet que ydea est
deus meus qr quicquid est in deo deus est
Si ratio hominem qr presens in hoc deus respon-
deat est. ho enim presens iuxta te sed deus

intra te ymo intimo intimior vt
augustinus Sed dicetis simplices si intra est
quod non sentio sudo nomine in hore
hoc habes tunc corpus tibi vides et per
motū corporis aiam presentem cognoscis
quod corpus si sine aia presens esset mal-
les abesse quam adesse Ecce quo pz
presencia aie aia tamen magis amare quam
presentia corporis cum deus Sic licet deum
qui presens est intus xpo tu vere vide-
non possis. quia ambulamus hic per fide
per effectum tamen potes tamen cognoscere
et videre donec intus conformato facie
ad faciem habeat in vicem Item ho alicu-
bi presens alicubi absens. deus vero vbique
tibi presens quia vbique est essencialiter
presencialiter et potentialiter. vnde patet quod deus
pre omnibus est diligendus cum enim morien-
tibus presencia amicoꝝ sponsabatur et
tunc tamen ratio presencia vz dei si me-
ruisti consolabiliter potentis iuxta illud
psalmi Cum ambulauero in medio vmbra
mortis visitabis me. Si ratio est
hominis qr amat bona sua quare
non plus dei qui dat se et sua do-
na magis digniora in sua maio-
ra in quantitate qualitate plura in quantitate dis-
creta permanenciora in duratione me-
liora in relatione ad finem, opportunioria
vt quando et vbi Et matiam abram
audio dic michi quis ratio filii
sui vel spm sui datus est tibi
vt deus fiat. homo enim quod dat
potius est mutuū quam donum
quia redditionē comportat sicut xi cap.
vn[de] habebit amicū et sic accomo-
da in tres panes Sed donum secundum
aplem est dacio irredibilis et solum
hoc habet locum in illo ratio qui bonoꝝ
nroꝝ indiget, etiam donum quod ratio
tibi dat ab ipso non est sed a fonte
boni vñ deo a d te fluit, quem ergo
potius amare vis an fontem flu-
entem an canalem per quem desente
vnde et ipse habet inclinare volun-
tatem hominis ut tibi dare velit quod
dedit facultatem qua dare possit
xpē quod dicit Salon in pruerbiis.
Sicut diuisiones aquaꝝ ita cor in
manu dei et quocunque volt inclinat
nat illud Si est ratio hominis quia
tecum es tua per tropaus etiam hoc
ipsa bona reddit sed imcliora xpē quod
dicit Seneca nullius boni sine socio.

est iocunda possessio Sed in hoc non
pt bn dictum amicus verus aspicio
quia multi sunt socii mense et non p
manent in tpe necessitatis Et sedm hoc
nullus e ad amiciciam apcior deo q
sciens omnia bona tua esse sua et
de hiis tibi congaudet Ideo dixit Joh
xv Gaudeo super vos ut edatis Si
amicus es hominis qz tecum pticipaus
vel amicabilis et talis difficile inve
nitur Deus aut in hoc signo evidens
est amicus tecum cum in natura sua
ipa bona mala tua tecum pticipare
non posset naturam tua assumpsit
in qua tibi compaciens et penas tuas
portans sicut tibi misereri faceret q sa
lutem Et tamen per naturam suam
malum tecum propter amicabilem Sunt
aut sedm duplicem quoque mala ut tri
bulia scz mala opis inopia egritu
do inimicicia mors in quorum ultimo
evidens fit fortitudo Vide in hiis
malis xpm tecum tecum pticipante
de primo dicit z A Seductor adhuc
ille vivens dicebat post tres dies re
surgam a mortuis et huic vo. Ecce
vorax potator vini et amicus publi
canorum de 2o dicit vni vulpes foveas
habent filius hominis non habet ubi caput suum
reclinet de 3o Ysa 53 vere languores
nostros ipse tulit De quarto Johis xv nunc
uit aut viderunt me et oderunt
me De quinto Canticorum viii fortis
est ut mors dilectio Si amas patrem
a quo mater corpis tamen libidinis
originem traxisti potius ama
patrem celi qui corpus vestrum pter nescien
te organizavit et animam inspiravit
Unde bona alicuius sicut imago
utriusque testatur cum corpus patris aia
vero dei prefert ymaginem Si a
mas fratrem qui tibi dimisit primum
affectum opus de Joseph qui tecum
dividendo dimisit primum tempus Et
specialiter si amas tecum genitum
qui statim natus est immutatur tibi di
videns lac matrem et adherens vim
uberi occupat locum tuum Cur non
potius amas fratrem tuum illum qui pro quo
erga te tenuit primus affectus pro quo
heredes regni celestis es effectus per quem
ad paternum tempus admitteris cuius
patri rebellans coheredita meareris Si
enim mater amat filium quem concepit in
sorde pregnat in pallore nec sine

timore parit cum periculo vite educat
cum sollicitudine et labore Cur igitur eciam
non forcius amas filium quem spiritu
sancto superveniente in utero mentis tue
concepisti mundum gestas iocundius pa
ris fructus educas facilius qui sit
tue senectutis baculus tenacius oculus
Decimo vi inter sponsum et sponsam non posse
corpe gradum distancia cum duo iam
faciunt carnem unam et duo animi
federantur in una amicicia Si quantum
res sita pcellit signum tanto amor dei
et unitas eius ad animam pcellit amo
rem sponsi ad sponsam Sacramentum enim
hoc licet magnum est inter deum tamen
et animam maius tecum sic est vide tria
enim bona sunt coniugii fides contra adul
terium inseparabilitas contra divorcium et
proles contra sterilitatis obprobrium Sed
in coniugio xpi fides inviolabilior in
separabilitas diuturnior et proles uberi
or ymo ipse fidelior omni sponso
eo quod fidelis est etiam aie fidem non
servanti iuxta illud Ezechielis xvi Ipsi
me dispexisti te et suscepisti
adulteros et ego operui ignominiam
tuam Sed dicis anima non sola solus
quid igitur solum a deo videtur Nonne
scriptum est Actuum 4 multitudinis credencium
cor erat unum et aia una Numquid
ea sponsus non unam sponsam dili
git si ipsa caput manus pedes et
cetera membra diligit an indignabitur
caput sponse estimans sibi debitam
fidem violare iuxta quod despondit a
sponso eciam sibi manus osculari et cetera
non sic sponsus unam sponsam diligit
licet plura membra sicut enim non di
viditur in dividuo species licet pti
cipeatur ipsam multa similia sic plures
species in dividuo in esse si soli i est
sic unius modo o aia deus te totam di
ligit totus et non minus diligit te
diligens tecum et aliam De hoc
singuli corone omnes qui sic unum
quemque curas tamen solum curas
et sic omnes tamen singulos Item inter
deum et animam inseparabilitas ma
ior enim illi nexus separatur quia
nexus moritur Decimo tamen inter
te o aia et deum matrimonium quod
in baptismo inicialiter et in bona vita
natum et in patria fruit consumatio
post illius unionis primum consortium impos
sibile est esse divorcium Item quod deus

et anima proles utilior. sicut enim
sponsus fecundat sponsam sic deus animam
peccatricem et sicut per conditionem proles ab
ambobus venitur non ab altero tantum sed
a utroque ut a principio materiali a patre vero ut a
formali et adeo principali. Sic et proles bonorum
operum non agitur sola nec a libero arbi-
trio solo sed a libero arbitrio vel a voluntate
ut a principio materiali et in completo a gratia
vero et a deo ut formali et complecto. Io-
hannes dicit Joh. xv. Sine me nichil potestis
facere. Sicut enim opera in seminibus in naturalibus terra
et pluvia nec terra sola fructificat nec
pluvia sola sed utrumque simul sic et hic
hec proles bonorum operum utilis quia
numquam non occidit. Et si forte prius
filius doloris postquam modum filius gaudii
et honoris. Cum et si mulier cum parit
tristitiam habet eo quod
venit hora eius. cum autem pepe-
rit iam non meminit pressure quia homo iam
natus est in mundum sicut per gratiam Johannis
16. Si enim illum antiquum reputas et
animo novus autem superveniens te
non concludit nec agitat nec alios
que in corde tibi dedit immo quod apte super-
venientem novum te non repellit. sed
admodum vini quanto antiquior tanto
te reputat meliorem ut Salomon
in Ecclesiastico sic dimittas antiquum amicum
novus enim non erit illi similis. Item enim
amicum fidelem reputas quem prosperi-
tas tua in prosperitate enim non reddit contra
nemini nec adversitas tua in contraria
a te sibi ingratum sed implet illud
Ecclesiastici fidem posside cum amico tuo in
prosperitate temporis et in bonis temporis le-
teris sed raro talis invenitur quia omnis
homo mendax et mutabilis mutatur
enim novitate eo quod novitate gaudent
moderni. Et novis superveniencibus pro-
iciunt vetera. Et ideo forte dicitur da-
vidis locum Luce xiiii. Sed ille oravit
mortali cui enim quem locum dare iu-
bet amicum non nominat sed absolu-
te dicit da huic locum. Cum vero a-
micum dicit quem ascendere faciat. amice
inquit ascende superius quia deus
non est sicut homo ut mutetur in aliquo
sed ut amicus stabilis et fidelis elo-
git sui mutatos quos diligit sine fine
nullum contendens propter omnes proprios
volens ascendere nullum altera secun-
dare. Item amici mutantur prosperitate quia
honores mutant mores propter hoc nam
succedentibus prosperis priorum pharaonis

oblitus est in prosperis suis. Item mu-
tantur amici in adversitate nam quos
felices diligunt in prosperis non agno-
scit unde Job. ii. Cum audierit
de in prosperitate Job elevantes procul
oculos suos non cognoverunt eum. verum
tamen apud patrem luminum non est
transmutatio. quem nec tua sublimitas
tibi contrarium nec tua humilitas sibi
efficit alienum in prosperitate et per se cum con-
temptibus dominus et humilia respicit ubi
enim amor ibi oculus unde dictum est com-
i rebus quem prosperitas tua non mutat
in amicicia Nam quos fecit amicos
mortales et passibiles elegit glorifi-
catus iam et immortalis factus. Sed
Michi loquitur Johannis Sed
Vade ad fratres meos et dic eis. Sicut quod
filius hominis recurrerit. O anima humana
erubesce de infideli amicitia tua quam
si in passibilibus ecce et de vita corporis di-
utina non dico perpetua certa esses. Fortassis
te ipsum quem nunc te amare estimas
tempore cognoscere velles. O anima attende quanta
fidelitas in morte Lazari quem fle-
tibus deplorabat. Cum aliquod si populus ad
talem statum devenisset paucos ami-
cos haberet captivus enim et nondum
mortuus fuerat cum ille cum suis amicis
videlicet petrus sic eum non tamen non amasse
sed nec nosse iurabat. Eya nunc homo
stultissime si fidelem queris amicum
cur non amas hunc benedictum dominum
neminem illum temporis quem mutatis in honore
non mutatur ab amore quem te muta-
to per miseriam non mutat amicitiam
suprema igitur recollige quis potius
debeat eligi in amicum creator an cre-
atura dominus an servus princeps an va-
sallus. omnipotens an infirmus. Immensus
an modicus. omnisciens an stolidus
dives an egenus. Summe bonus an
miser. Cum summe bonus amicus in
efficitur domini uno quasi postulatus
eo quod per amicicia sua in similitudine
omnes dominus sed ut electus inquit vel
omnes vel admodum plures voces deperdi-
derunt et virum concordare debent. nam
si sensualitas sola dispendat et alios
post deum in alios eligat non obstat.
quia vis eligendi non habet quod perdidit
male sepius eligendo verum si tota
sensualitas consentiat tunc anime voces
habentur ut ibi cor meum et caro mea exul-
taverunt in deum vivum. Et tunc in dubitanter
confirmabitur quam dominum habet virtus in fedus

exapiat contra electionem superioris quam-
uis non sit notabilis excepcio. hic
differtur confirmacio donec per litem
diutinam superstitas succubat et victa
cedat vel expensis per arbitrium for-
sitan electioni consenciat Et cum
non in lite preualuit superstitas in ceteris
in expensis condempnata fuit vt ea pro
satisfaccione portet eo quod eum lite
indebita fatigauit Hec est validis-
sima contra electionem racio obstat
excepcio quod nimis vltra tempus debi-
tum sit electio dilata. Cum enim
in peccantibus non negligit tempus
et differat personam ydoneam eligere in
anima superstitas preueniens non eligat
eligit scilicet creaturam peccatricem Et eam
ad consensum allectiue inducit. sed
postea peccatore penitente contra eligen-
tem et electum excipitur et hic
mouetur et si in contrario cassatur electo
electio non sensualitate ad consentiendum
mouet que superstitas in satisfaccione
refundit expensas in incipientibus
non elegit Sed sensualitas recla-
mat iuxta illud ad galatas quinto caro
concupiscit aduersus spiritum in perfectis vero
caro consentit in incipientibus hic de-
ceditur et sensualiter plenarie impri-
tur et electus noster vel ihesus vel maie-
stas in animum receptum confirmatur et
tunc habundantissime caritas dei dif-
funditur in cordibus nostris per spiri-
tum sanctum qui datus est nobis. Tunc
sunt verba vestra venerabilis porta
Ingenibus grande verbis talibus introduc-
tis tria notantur primo tangitur ipsius
nobilissime virtutis natura diffusiua Et
notatur cum dicitur Caritas dei diffusa est
Secundo innuitur ipsius subiectum in quo diffun-
ditur de pignato specialiter et notatur cum dicitur
in cordibus nostris Tercio exprimitur ipsius
caritatis causa emanatiua et notatur
cum subiungitur per spiritum sanctum qui datus
est nobis Dixi primo quod in verbis pre-
missis tangitur ipsius nobilissime virtutis
natura diffusiua Cum dicitur caritas
dei diffusa est Pro quo intelligendo
in caritate quatuor sunt consideranda
primum est essencia vel habitus Secundum ra-
dicacio vel inherencia in subiecto Tercium
motus vel actus quartum in motu
Ultra tria augeri possunt et minui vnde
per veniale peccatum diminuitur et quo-
busdam eciam causis augentur intendunt

primum autem corrumpi potest et augeri non
autem minui Et hoc sic deducit venerabilis
doctor beatus thomas de aquino in tractatu
de dei et proximi dileccione minui
quam caritate habitus potest peccato veniali
quod veniale si habitu caritatis minu-
eret iam aliquid minus minus esset
Contra apostolum qui dicit quod nichil
minus minimo augeri autem potest Cuius
augmenti non causam et effectum etiam cum
notat supradictus doctor ex regulariter
omnibus rebus ex quibuscumque generatur ex eis
si est mutabilis mutatur si augmentabilis
augmentatur. Habetur autem caritas et generatur
quia deus dat et homo recipit et sic
duplex causa caritatis vna prima et prin-
cipalis scilicet influencia dantis scilicet in
gracia et sine qua non scilicet disposicio re-
cipientis que disposicio est conuersio
ad eandem potencias sedem quas
est dei ymago Circa quod aduertendum
Deus est dulcis quantitate non minuitur
et ideo dare potest Est eciam bonum bonum
autem est sui ipsius diffusiuum et ideo
liberalis et ideo dare vult. et quod vult
dat Sed quia causa actiua non est patiente
disposito Sicut sol lucet semper sed non
semper illuminat. ignis calet semper sed non
semper calefacit nisi disposita Sic deus
effluit semper sed non influit nisi recipi-
enti et disposito influere vero est dare
Sed omnis est dare cuius est ad augen-
dum vel magis dare Ideo dicitur adaugere
nobis fidem vero quia receptum est
in recipiente per modum recipientis
non recepti Et ideo quod deus sine
mensura effluit tu tamen mensura ca-
pacitas accipe ergo magis et sic augmen-
tatur quod accipias Cum augmentum
est causa additamentum et licet gracia
datur sine meritis non tamen datur sine
disposicione que quodque large meritum
appellatur Sicut igitur forma naturalis
introducenda antecedit potencia media
et materia disposita et necessario introdu-
cendi formam Et hoc primum et vlti-
mum intelligitur et quod punctale, medium
autem habet latitudinem qui contingit dis-
poni plus et plus ut sit corruptio dua-
bus quam huic appunctu ad primum sic
et hic est potencia anime scilicet liberum arbi-
trium accipe ut medium et precedit dispos-
icionem que disposicio est quasi addi-
tum in opere vel actu. Et hoc potest ex vnalibus

In quibus p°

2°

3°

di p°
tangitur p° nobilissime virtutis natura diffusiua

et gratijs gratis datis quam aut facit
totum quod in eo est. tunc est necessitas
ad tendam gratiam non necessitas coac-
tionis deo debitum imponens sed ne-
cessitas immutabilitatis qua necesse
est deum esse deum et ideo bonum et
ideo efficientem et ideo accipientem
dantem. Et hoc quantum ad primum

di 2° notatur quomodo in quo diffunditur subiectum et signaculo

Dixi secundo et breuius quod in verbis
premissis innuitur ipsius subiecti in quo
diffunditur designacio specialiter cum dicat in
cordibus nostris. Circa quod sciendum quod
nomine cordis anima intelligi potest eo quod
mediante corde dat esse et viuere corpori
humano. Sed quia esse est duplex naturale
et moris sic vita est duplex scilicet natu-
ralis et moralis primum esse et primam
vitam quam corpus ab anima tamquam a sua
forma completiua et formali habet esse
et secundum vitam habet anima a deo tamquam a
prima forma et prima perfectione completiua.
Est ergo deus quodammodo anima anime ut licet
loqui impropie. Ideo dicit beatus Thomas
de Aquino. Considera ergo tu anima mea quod es
anima id est in quantum hec corpus animat
et cogitas ex hoc animam tuam id est deum
animare. Vide tres status tui corporis
scilicet animandi animati et exanimis scilicet status
in fieri in esse et post esse. In animando tria
sunt potencia susceptiua appetitus ad
formam virtus dispositiua organizans
embrionem et disponens tandem ad
suscipiendam animam. Completa vero
disposicione animatur corpus et recipit
esse posse sic et est status 2us. Nunc anima
adueniens corpori ut forma materie
et perfeccio perfectibili dat ei tria videlicet
viuere sentire et moueri. Tercius sic quando
qua causa corrumpuntur organa necessaria
et soluatur armonia in medio vnio-
nis soluitur vnio et separatur anima
exanimatur corpus et est status tercius
in quo corpus condicionis deterioris
efficitur quam esset nondum animatum.
Similes incomparabiliter in via nostra tria
predicta scilicet motum sensum et vita. Et
postea subdit beatus Thomas ubi supra
Vide qualis es ad corpus talis a deo
quodammodo deus tuus. Tu corpus habes in
primo statu tria primo potenciam suscep-
tiuam quia eius capax es et ab ipso
solo perfectibile es. Secundo habes naturale
eius appetitum quam omne in completum
appetit sui complementum. Et omne in
perfectum perfectibile suam perfeccionem. Tercio
habes a deo virtutem dispositiuam
scilicet potencias naturales. Sicut enim perceptio-
rem dispositiuam corporis quod tu sic disponit
ut suscipiat te suam vitam sic po-
tencias naturales anima ad vitam
tuam que est deus te disponente
quod si facis et te sufficienter disposue-
ris moralibus perfeccionibus et actibus in statu
secundo habes a deo tuo tria que das corpo-
ri tuo scilicet vitam sensum et motum. Et quamquam
velit te corpus abicere tunc liceat tibi
eciam tua vitam scilicet deum abicere.
Sed quia hoc est impossibile ut dicit
apostolus. Est enim non abiciens eam scilicet
animam suam. Fac ergo anime tue quod corpus
sue facit appetere continuam coniunccionem
timere sermonibus separacionem. Et tercius si so-
lutum fuerit quod absit mediante vni-
onis spiritualis armonie videlicet caritas et
gracia non abiciat te. Sed abiciatur a te
anima tua. Et sequitur status tuus
miserabilis longe deterior quam primus
In quo vita et motu et sensu decoris priua-
beris et dedecore indiciem corporis cetera
te vilior fias. Soluitur autem hoc medium
vnicum corpus et contemperans videlicet
caritas et gracia cum predominatur
morbida et distemperans concupiscentia.
Nunc cum recommissione ad spiritualia na-
ta sit in anima ex eisdem nutritur et
augmentatur donec tandem caritati per-
ducitur et sic participant anima corporalem.
Et pro illud miraculum est si redeat
anima ad corpus quod ipsam deseru-
erat sed hoc mirabilius quod deus
redeunt si esset curia sed inter propter fre-
quenciam desinit esse mirabile. Que
frequencia probat. Quod paratior est
deus vniri anime quam penitus non indi-
get quam anima corpori quo multum eget.
Ideo Richardus in persona anime ait valde
mihi amandus es domine per quem sum
vnita et sapio. Quasi dicat anima valde
ab amore et diligor a corpore quod ex te
viuere et sapere habet per me. Ideo
mihi valde amandus es domine cum
beatam habet potiorem a te et tamen dicto.

di 3° tangitur ipsius caritatis causa emanatiua

Dixi tercio et breuissime quod in
verbis premissis tangitur ipsius caritatis causa
emanatiua cum dicitur per spiritum sanctum qui datus est nobis

Expressione spiritus sancti

Circa quod diligenter contemplandum quod omnia
bona originavit ab ineffabili expres-
sione spiritus sancti propter quod bonitas sibi
appropriatur. qualiter autem ista expressio inef-
fabiliter ab eterno fuit Et qualiter filius
a patre solo. et spiritus sanctus a patre et
filio eternaliter emanavit nullus in-
tellectu regulato per fidem capere potest quod in
tantum nec celestibus capere potest. diligenter
consideremus quod pater in divinis per fecun-
ditatem virtutis generative se totum dif-
fundit in filium generando sibi omnem
potentiam et omnem sapientiam et omnem perfec-
cionem essentialem quam ipse pater naturaliter
possidet et ibi in fine ... intellectuali
quod origine personali in ... conti-
git verbum eternum quod similitudo expres-
sa dei patris et hoc modo generat
sibi filium per omnia coequalem Et ul-
terius idem pater et filius per fecunditatem
spirativam se diffundunt in spiritum sanctum
et per actum unum communem et simul
amoris mutui producunt personam spiritus
propter quod etiam ipse spiritus sanctus amor nu-
ncupatur et nexus patris et filii quo
se in vicem diligunt personaliter et
omnem creaturam ingenti bonitate
perfundunt ut dicit hylarius in libro
suo de trinitate [illegible] nobilitatis
et fecunditatis eternalium perfectionum pater
habet subesse innascibili et filius sibi co-
intellectuali hoc totum diffundit in spiritum
sanctum sub esse diligibili et amoris ubi-
usque Cum itaque spiritus sanctus sit amor
quo pater amat filium et filius patrem
amor autem procedit ab amante necessario
oportet dicere spiritum sanctum non solum a
patre sed etiam a filio procedere Secundo dico a-
Cum pater omnem fecunditatem divine
emanationis habeat a se et a se alio o-
portet quod aliquam fecunditatem accipiat
ex productione filii quod non est verum Er-
go non potest producere spiritum sanctum solus sine filio
sicut solus generat filium sine spiritu sancto
sed quod dictum quod licet pater habeat plenam
fecunditatem a se ipso non tamen potest produ-
cere spiritum sanctum sine filio non quod virtus
spirativa plenius et perfectius sit in patre
et in filio simul quam in patre solo sed po-
tius provenit ex eo quod pater solus non
habet virtutem spirativam sub eo respectu
et sub eo modo quod per ipsam solus posset
actum spirationis elicere sine filio quod

patet quia hec quod virtus spirativa est fecun-
ditas divine voluntatis non quocumque modo
sed solum ut est mutua patris et filii Et
licet in deo pater sit adeo plena et perfecta
fecunditas divine voluntatis sed in patre
et filio tamen non est in solo patre ut mutua
sed pro solum est in patre et filio simul quam-
decione mutua est Quod voluntas sit
in filio ut sibi communicata a patre propter quod hec
solus pater non potest producere spiritum sanctum sine
filio Explicat itaque ineffabili emana-
cione divinarum personarum eliciuntur tres nobis
theologice veritates Ex quarum diligenti
contemplatione mens devota consequitur tres fructus
morales in se ipse ac utilitatis indu-
centes Prima veritas est quod ex huiusmodi
emanatione relucet nobis medium sine
medio quod sic patet Nam certum est
quod spiritus sanctus emanat a filio me-
diate a patre autem emanat immediate unde filius
dicitur media persona in trinitate quod constat
esse verissimum si accipitur mediate et
in medio respectu personarum Si vero me-
diate vel immediate accipitur respectu
virtutis spirative tunc certum est quod
spiritus sanctus procedit immediate a patre
quia pater fecunditatem virtutis spirative
habet immediate a se ipso et filius habet
eam a patre et ideo oportet quod respectu vir-
tutis spirative spiritus sanctus procedat a patre
immediate et a filio mediate propter quod
bene dictum est quod in ista emanatione
relucet nobis medium sine medio
Ex huius veritatis contemplatione mens devo-
ta consequitur hunc fructum moralem
quod nulla creatura potest mediare inter
deum et animam sanctam quod profunda meditatione
huius emanationis mens devota tan-
to ardore caritatis inflammatur quod nil
aliud cogitare vel dicere novit nisi
tantum de dilecto dicens cum sponsa Can-
ticorum secundo Ego dilecto et dilectus
meus michi tali amore estuabat
cor beati Augustini cum diceret Nichil
mihi dulce reputo nisi de te loqui de te
meditari et tibi totis meis precordiis
inherere Hunc fructum expertus beatus
paulus cum diceret ad Romanos viii
Certus sum quia neque mors neque
vita neque angeli neque creatura poterit
nos separare a caritate que est in Christo
Ihesu domino nostro Secunda veritas est quod-
libet personarum se cognoscat propter et dis-
tincte sub eius personali propria et

distincta. propter quam pater se cognoscit pa-
trem et paternaliter, id est sub eius proprietate.
Filius se cognoscat filium et filialiter
id est sub eius proprietate filiali. Spiritus sanctus
se cognoscat amorem procedentem et pro-
cessibiliter, id est sub eius proprietate processibili.
Et quia agere presupponit esse, sicut est
modus agendi presupponit modum essendi,
ideo sub ista subsistencia personali patri
et filio competit operatio distincta, id est plus
spirare, quia producunt spiritum et amorem per-
sonaliter subsistentem et eos invicem quasi
amoris inspirabiliter connectentem. propter quod
etiam pater et filius amore quodam
essenciali, videlicet spiritu sancto, amant omnia
que sunt, et creature manent unite et
indivise. et ad eorum proprietates operatas iuxta
illud Isaie 26. omnia opera nostra operatus
es in nobis domine. Ex hiis igitur est vita-
tis contemplacione mens devota carpit
hunc fructum moralem quod tanta luci-
dine claritatis mens devota perfunditur
quod sibi panduntur archana quasi omni-
mente racionali in hac naturali inscruta-
bilia, in quo quidem lumine tam de se ipsa
quam de omnibus aliis rebus divinum bene-
placitum quantum ei convenit recognoscat.
Ita ut veraciter possit dicere illud quod scribitur
Sapiencie 7. Dum dispensata in corde que sunt
sciam vocavi. Et istud est colloquium de
quo Osee 2. ducam in solitudinem et lo-
quar ad cor eius. Et istud colloquium
est ita suave menti devote quod omnis
amaritudo putatur vero sibi verti
in dulcedinem. Ita secundum dicit Bernardus
de labore tristicie tribulacionis leticiam
de contumeliis gloriam reputat sibi venire. Hunc
fructum carpserat sponsa dicens Cantica
quinto. Anima mea liquefacta est ut dilectus meus
locutus est. Tales erant sancti apostoli de quibus
Actuum 5. Ibant gaudentes a con-
spectu concilii quoniam digni habiti sunt pro
nomine Iesu contumeliam pati. Tercia veri-
tas est quod in hiis que per amorem ema-
nacione stat lumine in lumine spiritus in spiri-
tu non ymago in ymagine et hoc
in emanacione spiritus sancti per emanacionem.
Verbi enim stat lumen in lumine et spiritus
in spiritu et ymago in ymagine. Quod
sic est inde quia verbum eternum est quedam
ymago intellectualis que concipitur
in intellectu patris ex perfecta cognicione
sui ipsius. Et ideo proprie suo producendi
sibi competit racio ymaginis propter quod dicit
apostolus quod est ymago dei invisibilis

et figura substancie eius ad Colocenses primo
quia ipsum patrem et omnes creaturas
perfectissime representat propter quod est splen-
dor paterne glorie et figura paterne substancie
est ad Hebreos 1. Sed spiritus sanctus non
potest dici ymago patris et filii, quia non
procedit per modum formalis impressionis
amoris personalis. Et ideo spiritus sanctus
non dicitur ymago sed potius nexus
vel amplexus patrem et filium inse-
parabiliter connectens. Ex hac igitur vitalis me-
ditacione mens devota carpit hunc
fructum moralem quod tam fervente de-
siderio in deum rapitur et tanto vinculo
amoris sibi unitur quod nichil aliud desider-
at nisi quod in omnibus suis dictis et
factis et cogitatis divino beneplacito con-
formetur. Et merito quia talis efficitur
unus spiritus cum deo dicente apostolo qui
adheret deo unus spiritus est cum eo et
hoc ideo quia unius voluntatis cum
deo efficitur et per talem unionem anima
ymago dei creata in ymaginem dei
increata transformatur iuxta illud apostoli
2 Corinthiorum 3. Nos revelata facie gloriam
dei speculantes in eandem ymaginem
transformamur a claritate in claritatem
quemadmodum nos producant pater et filius
et spiritus sanctus Amen.

39

Lavamini et mundi estote. Scri-
bitur Isaie primo capitulo, et legitur
in ebdomade cinerum officio. — et habetur vera transscriptio in canone de pedimento — [illegible]
Egregii doctores, magistri eximii, et
ceteri spectabiles domini et honorandi.
Cogitanti mihi et intellectu hec pusillo
revolventi illud occurrit quod licet di-
vine maiestatis consilium spiritualita-
tis quasi teneret parvulis, quod senioribus
tenet occultum, prout habetur Matthei
11 et Luce 10. Iuxta tamen carnis discrimina
parvulos etatis processu et experiencia
tamen pleniorem virtutis mensuram
et paulatim attingat, quia nemo
repente fit summus, sed a minimis quisque
inchoat ut ad maiora perveniat, de-
penitencia dist. 2. hec que. Et ideo dicit apostolus 1. ad
Corinthios 13 capitulo. Cum essem parvulus
loquebar ut parvulus, cogitabam ut
parvulus, cum autem factus sum vir evacuavi
ea que erant parvuli. Et exprobat ad
Hebreos 5. in fine dicens Omnis qui
lactis particeps est expers est sermonis
iusticie. Et beatus Ieronimus ad Nepocianum
de vita clericorum dicit quod omnis etate sit
doctior, usu instructior, et tempore perfectior.

(pulera similitudo ad hoc tamen)

sapientior / et huic conple hec xxvi
q. iii. Secundum / Quapropter tremulis
innumeris contundit cor meum. cum
me adhuc inter pusillos. carpentes
viam sapientie et intellectus. computari
ad ambigam et amaritudinem / Eatenus
insufficientem me cognosco. ut cunctis
viis venerabilitatibus aliquid digne
ad omnipotentis dei laudem et honorem
proponere ad edificationem proximi elo-
qui possem / unde ad me competentissime
illud retorquere valeo. Quamvis enim sum
ut vadam et dicam istud verbum Ysa-
ie vi°. et vir pollutus labiis ego sum
Ysaye vi. Et nescio loqui domine deus
quia puer ego sum. Jeremie i° et huius
verba viii q. i. In scripturis / Quia vero
iuxta Jeronimum in prologo libri Re-
gum unusquisque debet offerre talentum in
domo domini. Considero etiam quia deus
Ezechiele tribuit / ibidem iii° / et Jeremie
contulit eloquentiam Jeremie i. Et quod
adhuc manus domini extenta est Ysa. v.
et celum video apertum Actuum vii.
Quapropter ad illum spem ponens ergo
porrigere apta est lingwa mutorum hic
et xi. Quoniam et lingwas balbutientium
facit disertas / et per ora infantium loqui
veritatem iii q. iii. Si obiciatur / quinque
immensos brutos et asine ruditus
personatos humani colloquii dissolvit
modos / Quid igitur mirum si intellectum
stulto homini prebeat qui veritatem suam
cum voluit per ora iumentorum narrat
primum ppn. et ii q. vii. Sicut etiam cum
Balaam / Huius ergo considerationis ro-
bore armatus. ariditatem meam ad fon-
tem tante profunditatis comparavi / ut
eo fluat ut eos eloquium meum et ex
crescat in pluvia doctrina mea Deu-
teronomii xxxii. Et quamvis eorum quibus
verbum dei adpinus locuturus sum
longe me vita intellectu et sciencia
transcendant / In mirioris tamen meo sumas
beati Gregorii in prologo primi libri Moralium
non credo / si fluenta ex vobis hominum
plumbi fistula ministraret. Quod ut
fiat more solito virginem gloriosam que
conservabat omnia hec conferens in corde
suo. hec in salutationibus primitus dicen-
tes mente pia illud angelicum Ave
maria gratia plena. Lavamini et mun-
di estote. Scribitur originaliter Ysaye
primo c°. et legitur in ebdomade sancte
officio et habentur verba transumptive
in Canone de pe di i in Ysaye Ego

Lavamini et mundi estote. locus et ra-
tio ubi supra. Venerabiles magistri rectores domini
honorandi In labentis stadio seculi no-
bis currentibus et in hac valle misera-
rum positis / aperiatur nunc intimis ad b-
onum vite permanentis procedendi cum
penitentibus prosperis Ei meritis nostris oculos
tanta per vigilia in obiectum primum et be-
atum attollere et defigere mereamur
et reflorens intellectibus radiis / huius
mundi oblectamenta proponimus nostris
tenera sic offert conspectibus. et quamvis
eis iocunditas creata / vel in creaturis
inventa / omnis suavitas eis decor pul-
chritudo et opulentia. honor et divitiarum
affluentia afferat quidem cor hominis possit
saciare vero nunquam potuit ipsum / verum
etenim gaudium est et solum est. quod de
creatore non de creatura concipit. cui com-
parata omnis aliunde quesita iocunditas
meror est / et omnis suavitas dolor est
omne dulce amarum est / omne decorum
fedum est et omne aliud quod delectare
possit molestum. et ideo hec vita plus
plena erumpnis ac miseriis comprobatur
xiii q. ii Quam divina / Et hinc est quod
videre et gaudere cum hoc neque sperulo
delectari in lucrose volutabro aut de
dulcibus et delectabilibus querere in mundanis
placito vel quovis alio oblectamento
non est hominis sensati sed furentis
aut vesani Quia natura potest tamen verum gaudium
sibi et regnum. ubi sit deus / tunc nobis
conpellitur Apostolo Actuum vi. primum querite
regnum dei Magna quippe iniuria hoc
esse censetur. cum illo non esse sine
quo nec unum hic potest / nec esse. Unde
Augustinus: vetera hec falsa bona et summum
omnium bonorum ponens dicam sic inquit
Errat procul dubio. si quis estimat / ce-
lestem dulcedinem / hinc amari / illud
divinum et blessimum / hinc venenoso fenore
comparari / et qui carismata illa sensuum
huius seculi illecebris in sua arbitratur
Non enim est [illegible] lutas ad tanc-
tas nec sua ad sanctum. de penitentia di ii s.
Beatus Ideo enim non tristabitur anima beata
veluti hic / dum anima fuerit resoluta
quia non erat sortis iniusta veritatis
promissa Johannis vi. sed videbit deum
Augustinus super [illegible] ps lxxxiii ibi veniens
beata anima et bonum sibi ait ultra quod anima
potest aut cogitari si ad cor non venit
Quia homo ad ymaginem dei factus
Genesis primo est et supra in q. v. hec ymago

Per peccatum et creatorem a deo summo et ineffabili bono dilapsus est et recessit non quidem urgente ipsum aliquo necessitatis stimulo, sed puro ductus et libero arbitramento. Ipsi etenim parentes primi iuxta quod dicit beatus Gregorius iiii li. mor. ad persuasionem hostis maligni volando quasi supra se voluntarie ire conati sunt quibus datum est ut gustassent et essent sicut dii, cuius plenitudine divinitatis appetebant in mortalitatis cruciatu perdiderunt qui infra moriturum non fuissent si supra tam similiter stare voluissent. Hec ergo ymo et ipsam mortem homini sua culpa attulit non nature conditio, incepit non creatoris; et non peccare homo potuit necessarie preditus libertate arbitrii, quem nulla dispositione, nullo factoris impulsu, nullo conditionis stimulo, nullo ad hoc nature defectu urgebatur ad culpam, que indubitata patens pene, hominem sponte lapsum impegit in mortem. Verum quia iniuste sicut lapsavit arbitrii sic in eo oppressus et obrutus iacet ut iusto dei iudicio, quia tunc voluit a peccato abstinere cum potuit, modo negat abstinere ut ita dicam cum velit. Iacet ei solo ad hunc ei liberum viget arbitrium
sibi ut [illegible] ad opus iniquitatis sufficiat et si ad bonum non nisi gratia preventus et adiutus assurgat cum omne datum optimum et omne donum perfectum desursum descendat Iaco. primo. Sic ergo iustitiam perse deserens traductus est in regnum peccati et mortis ut iugo servitutis pressus necessitati delinquendi et moriendi subiaceat, quamvis hec non factoris species, sed prevaricatoris demeritum introduxerit. Unde beatus Crisostomus in libello cuius titulus est Nemo potest ledi ab alio nisi ipsius leditur a seipso in sua virtute sic ita dicit: Ecce Adam non est lesus a dyabolo, non est supplantatus ab ipso, non dyabolus sed sua ignavia lesit dominum eius observancia mandati non vigilavit. Evenit ergo ut homo peccando a deo creatore suo recedens factus est similis peccati Iohannis viii inferius naturalibus privatus et in ope gratuito pollutus deceperit [illegible] et modo ad eum sine cooperatore gratie et operis nequit remeare, quam non sol iustitie xpus dominus nebulas peccatorum fugaverit et lutum cordis per lamentum interius desiccaverit, partem cum eo procul dubio non habebit. Unde Iohannis xiii

dixit Petro: Nisi lavero te non habebis partem mecum. Ephesios ergo habet ipso post bimembre clausa. Si homo suo creatori a quo peccando recessit reconciliari oportet, a peccati feditate cor suum et ab actuum pravitate sui corporis membra lavare debet. Quoad primam partem attendat illud quod scribitur Iheremie iiii: Lava ab immundicia cor tuum. Ad secundum vocat illud Ysa. p° v°: mundamini et mutate vestimenta vestra. Glo. i. opera vestra. [illegible] illud quod scribitur Ysaye primo: Auferte malum cogitationum vestrarum. Cessate, quiescite agere perverse; et hoc ad secundum. Eandem propositionem repetendo ad thema tibi proposita introductorium dixi primo: Si homo creatori suo a quo peccando recessit reconciliari oportet, a peccati feditate cum a sua cogitatione cor suum lavare debet. Sed adhoc ad cum omnia necesse est ut debite aspersionis sanguinis ihesu xpi continuus affectet ablui et tenacem non dubitet, quod a malitia mundabitur cor suum, Iohannis firmante hoc testimonio qui ait: dilexit nos et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo Apocalipsis primo. Propter hoc siquidem xpus dominus est passus, propter hoc manibus et pedibus crucis affixus, propter hoc lancea militis in latere est vulneratus ut commode profluentibus undis sanguinis peccatores viam reperirent quo mundari a malicia, quo sanari per se possent et quo deformitate remota ad pulchritudinem redire ac feditate sublata suavitate sponsus conspici et tandem ad veram beatitudinem pervenire possent. Enima vero ut dicit philosophus ea que sunt in voce sunt earum que sunt in anima passionum note, et ita ipsum opus precedit conceptus. Evenit ergo ut qui nescit cogitationes suas distinguere difficulter fructuose cor suum poterit mundare. Ideo sciendum quod tria esse principia nostrarum cogitationum. Nam alique sunt a deo, ut cum sua occulta inspiratione voluntatem nostram vel ad compunctionem vel ad ordinem melioris status commutat. Alique vero sunt a dyabolo ut cum nobis sub specie boni noxias cogitationes suggerit, falso se transfigurans in angelum lucis ut dicit apostolus ii ad Cor. xi et habetur in canone xxx iii q. v. Nec mirum. Alique vero sunt ut quando eorum que gessimus que vidimus que scripsimus vel [illegible] naturaliter recordamur. Et hanc triplicem cogitationum

1°
R
2°

di p°
Si homo creatori suo a quo peccando recessit reconciliari oportet a peccati feditate cum a sua cogitatione cor suum lavare debet

captivitatem deducimus in corde nostro ingre-
obstinate et originem unde veniunt saga-
citer discutite ut sic quibus prebere debeamus
consensum et quibus dissentire cogno-
scere valeamus. Frequenter enim dyabolus
sub specie virtutum ducit nos ad vi-
cia, ut per indiscretas vigilias et ie-
iunia nonnumquam insoliditatem ac amen-
ciam provocabit, vel desperacionis tandem
laqueo involvit. quandoque humilitatem sua-
det ut negligencia offendat. nonnumquam
ad obiurgandum aliorum defectus excitat
ut superbiam inducat. filiorum tribula-
ciones concitat vel consiliis(?) ut pu-
sillanimitate frangat, incidentium(?) simpli-
cibus alludit, ut eos ipsos se quasi in
gracia constitutos, cum tamen sint peccatorum
vinculis compediti, vel se compeditos
pravitate(?) et insensibilitate perpetuo(?)
credant. dum sepe mala bonorum specie
velat, ut dampnacionis sue alios
participes reddat. discernamus igitur que
cogitaciones nobis offerant(?) et ille
sint respuende, que perficiant et in-
fovende. Discernamus que intendunt
quoque opera pietatis quas tamen falsa
[illegible] nec vana ymagine con-
cepta caracterizata reprobemus, discerna-
mus inter sponsos katholicos et hereticos
veritatem simpliciter sancte per virtutes.
ut sic competenter que nimium cor et animam
offendunt evitare valeamus, non que
recta vel iusta videantur. cuius vestigio pa-
trum concludamus sed si ex deo sunt
spiritus comprobemus. Facilis namque cuius
qui omni spiritui credit. Inmoribus ergo
tam cogitacionibus quam actibus discre-
cionem habeamus, ut digne corda
nostra lavare a sordibus viciorum valeamus.
Sicud enim cecus qui caret oculorum lumine
facile in foveam cadit, ita qui discre-
cione non utitur cito labitur et errat.
Est quidem discrecio oculus anime, que omnes
cogitaciones malas et actus discernit
et perlustrat. Hinc est quod redemptor in-
quit Luce xj capitulo: Lucerna corporis tui
est oculus tuus, qui si simplex fuerit
totum corpus tuum lucidum erit. Si autem
nequam totum corpus tuum tecte domus
tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod
est in te sint tenebre. Nec videlicet caren-
te iudicio racionis cogitaciones cordis
simul et opera que adhibentur sed ce-
cata tenebris ignorancie voluntate
descendunt nos faciant tenebrosos
et dampnacione dignos, cuius exemplum

habemus evidens in lege Saul primi Regum
xv capitulo, qui primus rex super Israel fieri meru-
erat. hic tamen postea quod discrecionis
oculo caruit et errore deceptus credidit
plus deo placere sacrificia que contra pre-
ceptum Samuelis reservaverat quam si voci
Samuelis obedivisset, et ergo inde cri-
men offensionis incurrit, unde sibi
preparandam divinam provocavit maiestatem.
Et ergo beatus Gregorius libro iii moralium dicit:
Necesse est ut non solum iudicium quid
agimus sed et cum quanta discrecione pe-
ragimus. Nam ante terribilis iudicis in-
comprehensibile examine non solum mala
que committimus, sed et ipsa et si que in
bonis sunt bene gesta timeamus, quia
sepius in eius iudicio culpe esse depre-
henduntur quod virtus esse putatur. Et unde
expectatur pia merces operis inde suppli-
cium iuste sequitur ulcionis. Hec ille.
Ex quo patet quod discrecio est mater et
origo virtutum [illegible] sine qua
nullus edificium virtutum inchoat con-
tinuat aut complet. [illegible] utique nulla
se habere autumat cum tamen longe absca-
posita sunt racionis opera. sunt ut hii
qui affectu carnali ducti passim viris
usque hominibus sponte se affabiles et ama-
biles gaudent exhibere putantes se
proximo in visceribus caritatis dei coniungi,
et non advertunt quod hoc modo vicia car-
nis sua fingunt principia et in cordibus
ipsorum venenose castramictant. Sunt enim
nonnulli qui ad hoc student operam im-
pendunt ut se omnibus affabiles et gra-
tos exhibeant et sua affabilitate omnibus
placere desiderant in quibus sub affabilitatis
specie libido et huiusmodi affectionis volup-
tas periculose se occultat per quam amor
divinus frequenter infirmatur et non sine gravi
ac periculo effugatur. Sunt alii qui
singulari affectione ad aliquas personas
inclinantur ut earundem perfectum sue
salutis magis acquirant et earum
doctrinis et directionibus in deum dirigantur.
Sed hii sepius falluntur. Nam hic sepius
sub ficta specie caritatis et salutis
et proximi stimulus carnalis concupi-
scencie se occultat. Alii ad certas personas
racione sanctitatis castitatis aut virtutis qui-
bus relucent inclinantur, asserentes
quod ob hoc eorum familiaritate sunt
ut bonis eorum exemplis edificentur.
Sed tenera ista se decipiunt et decipiunt.
Beatus namque Gregorius in libro de cohabitacione
clericorum et mulierum dicit: Nec eo minus seme

de compassione(?) ex presumpta(?)

tinue de sunt quia religiose, quia quanto
religiosiores tanto magis alliciunt et
plerumque sub specie sanctitatis latet viscus
libidinis Item idem in libro de singularitate
clericorum ita inquit Crede michi et expertus
loquor quod feminarum familiaritate mul-
tos cedros libani cecidisse de quorum lapsu
non magis presumebam quam Jeronimi vel
Ambrosii Et attendite horum ceperunt
vel grandes impetus ut ait ipsi cometa
viam congruunt dicentes diligo illam
personam propter devotionem propter castitatem
tractabilitatem et huiusmodi Sed si
res dicit queso unde ergo tibi insurgit
venenosus aspectus, unde tactus mollis
unde est quod habes tedium de absencia
persone, unde ardor unde languor
et cetere passiones ... hec non sunt
amoris dei signa sed humani et carna-
lis non advertunt quod dicit Jeronimus
et habentur verba in Canone xxxii dist.
interdixit Sicut hospitalium ubi sic dicit
Hospitiolum tuum, aut raro aut numquam
mulierum terant pedes quia non potest toto
corde cum deo habitare qui feminarum ac-
cessibus copulatur Omnes puellas et virgines
mulieres dispares eque ignora nomen tamen
nesciant feminam quam bene videris con-
tinentem mente dilige non corporali
frequentia Et quare, dicat
idem et habentur verba xlix Eusebii de
morte beati Jeronimi Stabam in her-
emo constitutus et in illa vasta solitudine
que exusta solis ardoribus, monachis
horridum habitaculum prebet cogitabam
me romanis poteri deliciis quotti-
die mihi gemitus cottidie lacrime
et si quando me somnus imminens op-
pressisset, repugnantem nuda humo
vix ossa herentia collidebam et licet
socius scorpionum et ferarum animo
tamen sepe choris intereram puellarum
et in frigido corpore et in homine
mortuo iam sola libidinum incendia
pullulabant teste deo memini me diem
crebro iunxisse cum nocte nec prius
tonsis cessasse verberibus donec rediret
deo in me tranquillitas Hec
ille Si ergo in hoc sanctissimo viro
a conversatione mulierum longe po-
sito hec incendia carnis pullulabant
quid fiet in hiis qui inter earum affatibus
crebro perfruuntur credimus ergo inter eas
conversantem sicut quis corpus in igne ponitur

non utatur Quia ergo pro primo et salubre-
rimus postulis est remedium, fuge Claude
et tace Unde versificator Si veneris
vitare velis fuge tempora loca Nam loca
et tempus pabula prebent ei Et poeta
ait Proficiens gladiis et fustibus arcet
et fugiendo fuga quia sola fuga
fugat Claude aures claude oculos
claude omnes corporis sensus quia secundum
Augustinum malum genus sepit per aditus
sensuales et si nisi hiis vigilanter cu-
stodiant non potest inviolata castitas ob-
servari Iuliano ergo et aliis singulis per-
missis discretionem rationis attenden-
tes scrutantes sponsus qui sunt et unde
sunt potius cor nostrum a peccati feditate
mundare et hec de prima parte propositionis
premisse Dixi secundo quod si homo
suo creatori a quo peccando recesserat
reuniri exoptat a peccati feditate sui
corporis membra lavare debet Et ergo
propheta psalmo xxiii quis ascendet
in montem domini aut quis stabit in loco
sancto eius et Respondet in persona Innocens
manibus id est in opere et mundo corde
id est in affectu Et propterea dicat salvator
in evangelio Johannis viii Si filii Abra-
he estis opera Abrahe facite Sed hanc
operum mundiciam nos admonet apostolus
ad Romanos sexto dicens Sicut exhibu-
istis membra vestra servire immundicie et
iniquitati ad iniquitatem ita nunc exhi-
bete membra vestra servire iusticie in sancti-
ficationem et addit ... plenitudinis
dicit namque sic ... cum deo
maiora conati affectu et diligencia
servendum est quam unquam peccato ...
que creature ut dicit Jeronimus ...
longe ... est ... qui ...
laudat maiestatem xviii q. in ...
... Vas electionis apostolus
... asserit quod si non plus sal-
tem sic studiose sic affectuose divinis
intendamus, sicut incumbebamus ...
... delectationibus mon-
danis et ... Et profecto hoc suf-
ficit ad mundiciam cordis et corporis
... unde ... vigeat solli-
citudine cupidus ... ad
timorem ... et periculis innumeris
perlustrat quo ... in itinere nulla
... qualiter ... solis
rigorem hyemis asperitatem aeris
... et ... itineris ...
... sufficit ut domum venies ...

di 2°
Si homo suo creatori a quo pec-
cando recesserat reuniri ex-
optat a peccati feditate sui
corporis membra lavare
debet

expletur et ad horam consultet inspi-
ciat laudis spectam quanta fiat operam
in amictu vestium in apparatu equorum
in comparacione nominatim in apparatu
cia pugillaritatum qualiter componit
se periculis subiciatur fatigatus et vix
interdum respirat sub pressuris
desperate volentis sedere in principibus
ut solum gloriae teneat ut maior ce-
teris appareat ut prelatos per prelatias
et nepotes ad alta promoveat.
Quomodo toto die tecum sese assistit
qualiter modos fingat ne etiam verbo
loquendo ipsum offendat, quotiens ingemi-
scit noctes in comodis adeo ut si
saperet inquietam vitam se gerere
variter comprobaret. Semper in
animo gerit aurum gestus inquie-
tum semper additus computat
ita ut in sompniis etiam videre
stare cum [illegible] aut principibus summa
diligencia assistere videatur. Cum
oratio et ad deum supplicatio
etiam aurum querit intendere a-
mbitionem quot noctes saepe ducit
in sompnis qualiter pamoris ma-
gnitudine velud amens ambulat
pallet tedet et cavetur, quomodo querit
opportunitates ut videat quod cat
quantis impendiis amicitia place-
at ut quos dormientibus aliis nec
vigilat noctes custodit. Ecce qui-
ta diligentia circa nephandorum
actuum operationem qualis sit ferret
in operibus iusticiae et pietatis
utique sufficeret ad opera meditanda
bonorum et operationem malorum.
Sed prochdolor crebrescentibus malis
hunc seculi iuxta sententiam beati Gregorii
in prohemio primi libri Moralium quis
est qui hanc compensationem dignam
faciat, quis est et laudabimus eum
fecit enim mirabilia ut dicat ille Ba-
bilonis iuxta terra in tabernaculis
eius similima cigno quia iam
totus mundus in maligno est positus
omnes declinaverunt simul inutiles
facti sunt iam non est qui faciat
bonum non est usque ad unum. Proch proch

omnis prochdolor animo usque ad
maximum dedita sunt vanitati curam
ac operam impendunt honores appe-
tunt et ad quevis suprema honoris ne-
gocia soli fortune aliis preces cooptat
pro nam quia dicit Augustinus et habetur
verba in canone viii q. i. c. Operari
desiderat bonum opus desiderat multi
enim quibus intendentes curam
ambiunt non agi per simulationem ut
habetur ibi. dist. Ante omnia. Contra
quos beatus Bernhardus in epistola
ad Senonensem episcopum ita scribit
ambitionibus honores blandiuntur
sed onera penpensantibus tedio sunt atque
formidini, multi vero tanta alacritate
et fiducia currerent ad honores si
esse sentirent et onera quasi per se
mererent nec cum tanto labore et
periculo quolibet affectarent infulas
dignitatum, nunc vero quia attendit
gloria et non pena puto esse de-
citum erubescat in ecclesia saepe viles
et in gloriosos cognoscent, qui quocumque
eminentiori loco non fuerint sub-
limati. Haec ille. Et breviter si qualia
inducat maioritas et prelacionis
superioritas quis cognovisset dictis
superiam minus appetens. At de proximis
carencia minus dolet si donat maio-
maioritate periculi. Unde Isidorus. Cum
to quisque in superiori constitutus est loco
tanto in maiori versatur periculo. Item.
Et maioritate peccati. Unde idem. Quan-
to splendidior honore quisque est tan-
to si delinquat peccator maior est.
Et contra hoc Augustinus in libro de pastori-
bus sic dicit. Omnis qui male agit in
conspectu eorum quibus prepositus est quan-
tum in eo est, eum a quo attenditur
occidit. Gregorius etiam dicit. Scitote prelati
quia si perversa perpetrant tot mor-
tibus digni sunt quot ad subditos per-
ditionis exempla transmittunt.
subditos perditionis exempla transmittunt
Et ideo vilissimus computandus est
nisi precellat sciencia et sanctitate qui pre-
stantior honore habetur. I q. I. Vilissimus.
Ecce in quanto periculo est in prelationis
gradu collocari et ad bonum laudare
cor ibi consistentis. Multa laborat a qua

contra prelatos

qualia inducat maioritas et superioritas prelacionis

Cum igitur considerem quantum locum aptum et securum
in quo cor meum et mundum conscientie
figere valeamus inveniamque et alibi quam
in solo deo possit salubriter commictari
et quidem non inveniens hominem secularibus
divitiis et honoribus. Nam ut ait
venerabilis hugo de archa noe li. primo
Dum cor meum sine spiritus in prosperitatis
via terrena fluere cepit quam in tot di-
visus est quot ea sunt que concupiscat
hinc nascitur motus sine stabilitate
labor sine requie circuitus sine perven-
tione ita ut semper inquietus sit
spiritus meus donec illi adherere cepit qui
semper est immobilis solus in sua et-
ernitate interminabilis vite tota simul
et perfecta possessio. Cum autem ut
ait Origenes super quondam sermonem Deus
semper est uniformis et equalis bonus
habens in se simpliciter omnem spem
desiderabilem profecto omnibus conatibus
affectus debet ad ea que propinqua sunt
totis conatibus appetere mentibusque
intentione ad prosperitatem veri luminis
attrahentis properare. Et autem quod mens
que vult deo intendere primo purgetur
postea illuminetur et inde perficiatur
quia non precessit purgatio non sequitur
illuminatio et nisi dependeat illuminatio
non veniat confirmatio. Et ideo assu-
mendo thema dicto Clarum et mundi
estote que sunt verba in principio
collationis precassumpta in quibus
quidem verbis taliter introductis omis-
sis tamen brevitatis uno membro
duo sufficienter declaranda in veniuntur
Primo namque denotatur conscientie iocunda
puritas ad quam hoc acceptabili tempore
verbo invitatur in vitam et hoc cum
dicitur Clarum Secundo in serenitate conscientie
perseverantia ad quam invitatur
et hoc cum adiungitur et mundi
estote Circa duo sunt respondendo
Dixi primo quod in verbis premissis tangitur
iocunda conscientie puritas ad quam hoc
tempore acceptabili invitatur et mihi quod
teste domino Math. v. Beati mundo corde
quoniam ipsi deum videbunt Unde de iocun-
ditate eius loquens propheta dicit Le-
tamini in domino et exultate iusti psalmo
xxxi. Et apostolus ad philippenses iiii°

Gaudete in domino semper iterum dico
gaudete. Montes eterni letitiam non
operatur divitiarum copia non fallax
mundi gloria non honor mundi non
potestas seculi non prolis fecunditas
non corporis sanitas sed conscientie puritas
munda vite hic gaudium nulla inter-
rumpit miseria hanc prosperitatem nulla
demollitur adversitas hinc dulcedinem
nulla se immiscet amaritudo. Felix er-
go conscientie pure iocunditas que va-
nie in terram concludit a curis dolorum
liberat totum ab immunditia purgat
mentem. Hec est paradisus deliciarum
variis arboribus bonorum operum con-
septa diversis virtutum floribus perorna-
ta fonte celestis gratie irrigata Hec
est paradisus in quo plantatur arbor
vite virtutum celestis sapere ibi viget
lignum scientie boni et mali i. libertas
arbitrii ibi constituitur homo ut pa-
radisi felicitate letetur. Hec puri-
tas conscientie est figura vite eterne
imago celestis regni. Contra hanc
mentis serenitatem nichil potest turbo
fortune contra hec mentis propugnacula
nichil valent mundi instrumenta
Nam qui habet puritatem conscientie
in mediis doloribus gaudet in mediis
lamentationibus ridet felix in adversis
et beatus in miseriis consistit Et ut hoc
mentis pure in mente gaudium a-
perte contrario i. non facilius pateat
cordenti libet paucis depingere
notabilis stratum mentis attramento
et sorde peccatorum contaminate. Cum nondum
namque gaudium est mixto et peccatorum
caligine velato quale inquit Thobias
est in gaudium cum in tenebris
sedeo et lumen celi non video. Qua-
lis est declaratio illius omnibus temporibus
dolore miscetur et extrema gaudii
luctus occupat. Qualis delectatio
esse potest homini quem dyabolus iure
quodam possidet precipit cui iubet
vetat cui leges imponit et habet
in eo potestatem quasi quibus in peccato
suo eo quod non faciat quod optat
sed ad quod dominus illius cui sunt impellit.

sciunq enim confitentes sunt quod qui
facit peccatum servus est peccati Job viij
Ecce quanta calamitas mentis sorde
peccatorum deturpate ubi vermis conscien
tie assidue demolitur quia
vermis eorum non moritur Ysaye ultimo
ubi assiduus circumvolat avis scilicet dira di
es iudicis terribilis ubi occurrit mon
stra facinorum belue peccatorum. Hic est
liber de manu dyaboli scriptus ubi
cartha est mens conscia mali, cala
mus libertas arbitrij, incaustum ca
lamitas peccati. Ibi legitur nota avari
tie, thetrum invidie. ibi inscribitur re
colis quidque ab ineunte etate fe
cisti quomodo deum offendisti, in quo
proximo obviasti, in quo tibimet of
fendisti ecce liber dampnabilis car
tha calamitate notabilis in qua
non sunt scripta gaudia sed miserie
non carmina, sed lamentaciones et ve
Que est ergo spes talium quam felicitas
in tali statu positorum certe nulla in
venitur preter illam quam describit
Tullius libro xix de paradoxis dicens
Nequi te beatum qui te florentem pu
tas, te miserie premunt te cupidi
tates consumunt te libidines torquent
tu die et nocte cruciaris, nec tibi
satis est tamen et illo affligeris
quod futurum est, te consciencie stimulant
maleficiorum, te metus exanimat
iudiciorum, te contemnat timor legum
te vita miserabiliter vivis in dimidio
dierum finita expectat et chaos con
fusum penarum hec ille. Et ergo
dicit Augustinus lege et relege omnia
dicta omnia scripta sanctorum patrum et
nichil invenies horribilius quam
hominem manere in tali statu in quo
non audet mori tamen nichil certius
morte sit et nichil incertius hora
mortis. Cum a propter hoc talis qualiter
corporis animo vigili peccatis considere
Cum a ecce tempus acceptabile ecce dies
salutis in hiis ergo diebus exhibe
amus nos sicud dei ministros ij ad
Corinthios vi. Cuilibet mentis sue
peccatum legat librum deleatque per confessionem
quod scripsit per malam cogitacionem
deleat per satisfactionem quod scripsit per
malam operacionem deleat librum prave
consciencie ne ibi legat racio unde
dampnet ne ibi inveniat dyabolus

unde accuset et ne ibi videat deus
unum iudicium faciat ut sic opprimati ...
... satisfactionum et oracionum vic
tricius tendamus ad pascalia digne co
lenda gaudia et tunc de primo. Dixi
secundo et ultimo quod in verbis premissis
describitur in consciencie serenitate perseverancia
ad quam dominus apostolus invitat et hoc cum
adiungitur et mundi estote Et merito
quia qui perseveraverit usque in finem hic
salvus erit Mathei xxiiij ca. et habetur
in canone de pe. dis. ij. caventes. Unde
et apostolus sermone ad Corinthios ix dicit nescitis
quod hii qui in stadio currunt omnes
quidem currunt sed unus accipit bra
vium et quis ille pro certo qui legittime
certavit et perseveravit. Hinc est quod
salvator dicit Luce ix c. Nemo mittens
manum suam in aratrum et respiciens retro
est aptus regno dei. et ponitur verba
de voto et voti reddere c. Magne et Gregorius
ponens dicit manum quippe
in aratrum mittere est quasi per compunctionis
compunctionis vomerem ad proferendos
fructus, terram sui cordis aperire, sed
retro post aratrum aspicit qui post exor
dia boni operis ad mala revertitur que
reliquerat ut habetur in canone supra
proxime allegato. Unde etiam in eodem capitulo
dicitur Incassum quisque bonum agit si
ante vite terminum deserat. et habetur
in canone de pe. di. iij. Incassum
Non est enim magnum inchoare bonum
sed consummare inceptum, unde multi ag
gressi sunt magna sed defecerunt in via
multi Sodomam exierunt sed cito retro
respexerunt sic multi egrediuntur Babilo
nem sed moriuntur in via nec perveni
unt ad celestis pacis civitatem eo quod
perseverancia carent nec piget eos
aggredi magnum sed fastidit inchoatum
Hec virtus perseverancia informat inchoatum
hec colorat bonum propositum, hec termi
nat, hec coronat pugnantem
certantem, hec ducit ad bravium. applicat
ad portum. hec dat formam operi re
gulam actioni. per hanc laureantur
virgines palmam accipiunt martires, hec
est que res difficiles reducit ad faci
litatem omnemque vincit difficultatem
Cum a vero vita presens continuum bellum
demonum contra nos habet diutius aplorum

di 2o hic describitur consciencie serenitate perseverancia

principe prima vero Sobrii estote et vigilate
quia adversarius vester dyabolus tamquam leo
rugiens circuit querens quem devoret
Is namque omni hora omni puncto vel mo
mento orando querens arcum extendit
et sagittam vibratam proponit in verbis
in consiliis in tractatibus in sermonibus in nutibus
et cogitacionibus ipse quippe morbos omnium
novit complexiones cognoscit complexiones
non ignorat qui et quid ista
quid illi commendandum est vel quo ille
aut iste temptandus sit perpendit. illum
gaudio ut sanguineum istum tristicia
ut melancolicum illum ira ut colericum
istum desidia ut flegmaticum. alium ho
noribus alium mundi favoribus alium
illecebris illaqueat nonnullos simu
lata devocione fallit. quia arbitrium
hominis mutat ad bonum ut de bono
opere eliciat malum Contra hunc
demonis insultum valet perseveran
tia in oracionibus ac bonis operibus
ut bono fine bona concludantur. nunc
ne primum medio medium vero discrepet
imum Bonum namque inchoare et fine
malo concludere est monstruosa confingere
Illa enim actio quasi chimera est que
initium habet leonis et finem in spe
cialitate que in sui primordio floret
in animo in fine vero brutescit i.sicut
Hec habe aut prudencia quantum hic
sufficiat duo nos producit in actione. vite
presentis brevitas. et mortis amare
incertabilis et incertus adventus De
primo ita scribit augustinus vita hec est du
bia vita ceca vita erumpnosa quam
dolores consummunt ardores conficiunt
aera morbidant esce inflant ieiu
nia macerant ioci solvunt tristicie con
sumunt sollicitudo coartat divitie
iactant paupertas deicit iuventus
extollit senectus incurvat infirmitas
frangit meror deprimit et post hec omnia
mors interimit in ea et omnibus
gaudiis finem imponit ita ut cum
esse desierit non fuisse putatur De
alio vero quidam imperatoris ad sanctum
Lodwicum francorum Regem scribit
in hec verba Mortis iudicio est cuius iudi
cio subiciuntur omnes etiam Reges et
Imperatores iudex iste trina citacione
solet corporis permittere prima est egritudo secunda
defectio 3a vero peremptoria est

quam non per nuncium facit sed ipsemet
venit quamvis tamen unam pluribus facit
quia sicut iudex summus sub quo mors
est iudex delegatus ex aliqua causa
vult festinare nam electos suos
quamvis tenens vocat ne cadant ma
los etiam ne peccatis peccata super addant
Hec ille Cum igitur ipse docuit longitudine
non confisi et mortis adventum cum
nos incerto statu constituit agamus et
ita curramus ut comprehendere valeamus
hic graciam et in futuro gloriam et vitam
eternam quam nos perducat qui
sine fine vivit et regnat deus per
secula benedictus Amen

**Collacio pro vniversitate Studii que
fit per Rectorem et Sequitur** 37

**Ipse continet mirandulos ad pruden
ciam iustorum** Hunc primo Reverendi
Magistri patres ac domini verendi cum
quam archangelico ad beatam oracio
hec verba vaticinata sunt de gloriosissi
mo christi Baptista et precursore quo
maior inter natos mulierum non sur
rexit Iohanne scilicet beatissimo magis hoc
nativitate cum suis gaudiis totus in
orbe terrarum mundus exultat possunt
tamen decentissime plurimis aliis con
gregacionibus aliqualiter edificacione ad
aptari vendo propter concepcione Reveren
di magistri hos gradus aut spiritualis per quos
ascendimus ab yminis ad summa ab exteri
oribus ad intima a temporalibus ad eterna
videlicet sensum et ymaginacionem racionem
et intellectum intelligenciam et syndere
sis scintillam Et hos quos gradus
habemus in nobis plantatos per naturam
deformatos per culpam reformatos
per graciam purgandos per iusticiam
exercendos per scienciam perficiendos non per
carnis sed per spiritus in istorum pruden
ciam Secundum enim primam nature in
stitucionem homo factus conditus ad contem
placionis quietem et positus in paradiso
delicarum ut quibus perpetuam providen
ciam ad summum et incommutabile bonum
beatificari eternaliter mereretur Verus ipse
tamen in honore esset non intellexit
aversus sit a vero et vero lumine. ipso sa
do ad bonum commutabile contulit incurva
tus opus quod in meritis insipientibus com
paratus est et similis factus est illis tota
namque humana dimplica vero conficit

& prudencia carnis
et spiritus pure instorum

montem sed ignorancia et carne con
piscentia. Tenebatur itaque homo sedens
in tenebris et in umbra mortis. Illud
primo quantum est ex parte nostre corpore
nequaquam huius vitalis recte sunt imitari
nisi parvam prudentiam contra igno
rancia sibi previderat et per iusticiam
ipsa carnis concupiscencia subiugatur et repri
matur. Hinc est quod plures per
huiusmodi gradus non ascendunt sed
proch dolor per prudenciam humanam secu
larem et diabolicam descendunt. Ideo
ad civitatis huius obsistente carnis
prudencia que est deo inimica non
pertingunt. Ideo nolite esse pruden
tes apud vosmetipsos. Seniorum pro hoc
consilium [illegible] ad prudenciam
istorum laudo sequentium prudencia vestram
si pudica si pacifica si modesta si
suasibilis bonis consentiens plena
misericordia et operibus bonis sunt. Si inno
cencia humiles in mente si modesti
in sermone si suasibiles estis in aspectu
si liberales in effectu. Si maturi
in iudiciis si simplices in communicacionibus
conversacionis. Alioquin si lascivia apparuerit
in carne deordinatio in mente. Si
invidia et vituperia in sermone. Si
semper singularitas in capite si in diversi
tatibus acritudine si ypocrisis simula
cio et duplicitas sunt in intencione istam
non laudo quin ymmo execror prudenciam
Tamen omnes huiusmodi prudentes sunt
ut faciant mala, quorum prudencia
mors est. Rom viii. Sequimini sed sola
ti fructus prudencia istorum non ad
voluntatem propriam sed ad normam nor
mam cuncta que agenda sunt ordinate.
Ista quippe prudencia quecumque a
git nititur ad omnibus gloriam divinam
dirigere et nichil preter iusticiam aut
velle aut facere. Hec prudencia virtus
purgatoria est. Quia si adornati fue
ritis ex hoc potestis evidentissime con
Si vinci. Omnia que sunt in mundo di
vinorum operacione et contemplacione de
spicitis si amatores sinceritatis estis
si malum pro malo non reddideritis neque
maledictum pro maledicto effuderitis
in hoc enim vocati estis ut benedictionem
hereditate possideatis i petri iii. Si propter ve
niam aut propter nacionis seu lingue
diversitate despexeritis si non sunt inter

vos zelus et contencio, dissenciones et di
visiones. Quis cephe et quis pauli et
quis barnabe, quis indigena quis
forensis et advena. Unum enim corpus
in christo multi sumus. Hec enim qui secundum
prudenciam carnis ambulant inquirunt
vivunt de quibus apostolus ad philipenses
iii inquit multi ambulant quos
sepe dicebam vobis nunc autem et flens
dico inimicos crucis christi et hoc propter
diabolicam prudenciam quorum deus venter
est propter carnalem prudenciam et gloria in
confusione qui terrena sapiunt et hoc
propter terrenam prudenciam. Si vero contemplativa
inspiratur prudencia que est ut est divina
cui omnia nuda sunt et aperta coram eius
conspectu nulla invisibilis est creatura
et que universa que sub celi ambitu
continentur disponit fortiter et suaviter
de [illegible] ab exemplo assumite sua
nitati non amaritudini intendere non
sermone aut scriptura fatere non veritate
falle in iudicio iniusto non pace turbare
non caritate scindere non lites querere non
arma movere aut alia quevis que
[illegible] moribus et disciplinae et prospe
[illegible] istorum contraria sunt operari. Unde enim
in hiis periculosis temporibus regnorum pro
vinciarum et universitatum contingit ru
ina certissime scio quia homines pru
dencia istorum contempta prudentes sunt
apud semetipsos prudencia enim carnis
prudencia istorum excludentes omnium sedi
cionum dissensionum scismatum radix est
materia et causa patet hoc in [illegible]
hec enim est que inter ipsa rerum primordia
primum angelum cepit contra deum quem
more dei sapiencia eo quod in veritate
non stetit de celo empireo in aerem cali
ginosum detrusit. Et postremo quia
bellum contra dei sapienciam movit
tharthareis simul cum constituit. Et
quod falsam prudenciam [illegible]
qui mane oriebatur et verum est ex ma
ne inventa bonitas in malum [illegible]
[illegible] prudentem signaculum similitudinis
dei plenus sapiencia et decore perfectus
Iam caput superbie plenus versucia pro
mendacii et cuiusvis erroris. Prudentem omnis
lapis preciosus operimentum eius sardius
topasius iaspis crisolitus berillus
saphirus carbunculus et smaragdus.
Iam lapis omnibus offensionis et petra

scandali et inventor huius pridem
quando cherubs extentus in monte sancto
dei in medio lapidum ignitorum am-
bulavit. Nunc autem quia iniquitas in eo
inventa est, eiectus est et precipitatus
infra. Ezech. xxxi. Quidem cedri in
paradiso dei non fuerunt altiores eo. A-
bietes non adequaverunt ad summitatem
eius. Platani non fuerunt equales
frondibus eius. Omne lignum in paradiso
dei preciosum non fuit assimilatum pul-
chritudini eius quoniam speciosum fecit illum
deus. Iam vero rex factus est super
omnes filios superbie, hoc est carnalis
prudencie, qui ambulant vias non
bonas, Ysa. penult., sed post peccata sua,
qui lassantur in viis iniquitatis, qui
letantur cum male fecerint et exultant
in rebus pessimis, qui prudenciam istorum
despiciunt et deo dicunt: recede a
nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, Job
xxi. Denique qui primum hominem de loco
deliciarum et voluptatis expulit et va-
gum super terram ac profugum fecit,
Gen. iiii°. Nisi quia prudencia istorum
abiecta sue prudencie immiscens est?
Qui Nabuchodonosor regem qui in
mentem fecit, Danielis iiii°, in primis
temporibus quem ab hominibus eiectus
erat cum bestiis et feris conversatus,
fenum quasi bos manducavit, donec sep-
tem tempora mutarentur super illum. De-
inde [illegible] mundi diluvio compressit,
linguas confudit, turrim Babel
cepit, prostravit Boham, suspendit
Amon, occidit Holofernem, nunc fecit
[illegible] Anthiochum percussit,
Pharaonem in mari rubro submersit,
Sennacherib deiecit, homines diluvii
[illegible], submersit Pentapolim cum in
gentibus regionibus subvertit, Sychem
cum populo suo universo destruxit, Da-
than et Abiron vivos in infernos
mersit, Chore (?) igne consumpsit,
filios Iude percussit, Iudeum et Cha-
naniteum pugione suffodit, filios
Hely in bello mortificavit, Amon
[illegible], Absolonem iugulavit, prophetas
lapidavit, Ruben maledixit, filios
Israel in [illegible] afflixit, Saul regno
privavit, Salomonem infatuavit, tri-
bum Beniamin usque ad paucos vi-
ros eradicavit, quid consumpsit Tro-
iam, quid destruxit Romam et Babi-
loniam, sevitiam et pilozorum [illegible]
rum et Pharaonum, tractatum et ululatum
fecit Hierichum, quid Ierusalem et Ca-
pharnaum redegit in nichilum, et
Ytaliam paralitibus [illegible]
et Gebilinorum obdurit, et quid Fran-
ciam olim gentium victricem nunc
pene victam effecit, et Carthaginem
incendio conflagravit, quid Greciam ab
Ecclesia scidit et eam fortissimis gen-
tibus subdidit, nisi contemptus divine
prudencie, hoc est quia homines
prudenciam istorum que in noticia veri
et amore boni consistit despiciunt, et
ideo despiciunt et prudenciam humane
innituntur et ideo falluntur, que apud
deum stulticia est, i. Cor. i°. Unde di-
centes se sapientes esse stulti facti sunt,
et obscuratum est insipiens cor
eorum, Romanorum i°. Hec humana pruden-
cia Bohemiam quondam fidei doctrinam
in parte magna fecit in credulam re-
gionum illuminatricem, implevitque errorum
divini cultus ampliatricem, christianis-
simarum cerimoniarum sanctissimam (?) ch-
liminatricem. Hec homines in auctas dif-
formavit, quia credulos in hereticos
transmutavit. Ceterum videmus et ingemi-
niscimus quod istis non tantum temporibus
immo diebus, horis et momentis ubique
insurgunt venti temptacionum, oriuntur
procelle, claves contempnuntur, sapiencia sa-
lutis reputatur, eiciuntur sagitte de
pharetra ut [illegible] in noctibus,
ab oriente emicat horror, ab occidente
timor, a septentrione suspicio, a meri-
die [illegible] de super ira dei, ad terram
sterilitas, inter homines mortalitas, dira
hominum a sathana oppressio, inaudita
omnium egritudo, [illegible] iusto
dei quamquam iudicio in cultibus et ita
iterum apponitur. Heu iam ut fides
[illegible] solvuntur omnes iam [illegible] et
Tot enim mundi prudencia abusus exco-
git tot litigia invenit ut ad subven-
tionem sunt patent totius orbis abusus
extinguerit et dato libello repudii con-
cordia et unitas sancte matris Ecclesie
extra terminos convolabit. Et ut pre-
tacite multa pauca perstringam non
tantum antiquorum gesta sed et cottidiana ex-
empla luculenter ostendunt et inicium
omnis mali inde consurgit et [illegible]
quia homines aliter sapiunt quam oportet,
quam ob rem ad noticiam veri et amore
boni non pertingunt, quia humana

scientia inflat tumescunt vn Gregorius
Tumor mentis obstaculum est veritatis
quia dum inflat obnubilat Non est
ergo creature virtutis mala tam in ma-
que ceteris prudencia peperit radiatque
clara sed illius qui omnia bene scit
qui solus comunalis bona clare novit
qui vocat ea que non sunt tamquam
ea que sunt qui ventis imperat et
mari et obediunt ei qui dixit et fa-
cta sunt omnia mandavit et creata sunt
Veruntamen ipse convertit in tenebulos(?) ad pru-
denciam inferiorum hec prudencia inferiorum
laboriose acquiritur Ecclesiastici vii Collecta
ta est anima mea cum illa Unde Hugo
libro de magisterio Alii calcaverunt hono-
res ut Arsenius Alii spreverunt divicias
ut Antonius alii acceptis iniuriis
gaudebant ut Martinus alii penas
sprevit ut Laurencius alii contubernia
hominum deserentes secreta heremi penetra-
bant ut Macharius Paulus et alii
plurimi et se soli prudencie inferiorum
dedicabant Unde mirum si inferiorum prudencia
laboriose acquiratur cum et humana pru-
dencia non nisi maximis studiorum
sudoribus possit acquiri Teste Ieronimo
in Epistola ad Paulinum sic dicente Le-
gimus in veteribus historiis quosdam
lustrasse provincias novos adiisse po-
pulos maria transisse ut eos quos ex
libris noverant coram quoque viderent
Sic Pitagoras Memphiticos vates
sic Platho Egiptum eam quoque oram
ytalie que magna grecia dicebatur
laboriosissime peragravit ut qui Athe-
nis magister erat et potens cuiusque doc-
trinis Achademie gimnasia personabant
fieret peregrinus atque discipulus malleus
aliena verecunde discere quam sua im-
pudenter ingerere Ad Titum Livium lac-
teo eloquencie fonte manantem de ul-
timis Galliarum Hyspaniarumque finibus
quosdam venisse nobiles legimus
Et quos ad contemplacionem sui Roma
non attraxerat unius hominis fama
perduxit Habuit illa etas inauditum
omnibus seculis celebrandumque mira-
culum ut urbem tantam ingressi aliud
extra urbem quererent Sed et Appollonius
magus ille philosophus intravit Persas
transivit per Albanos Scitas Massagetas
et opulentissima Indie regna pene-
travit et ad extremum latissimo Phison
amne transmisso pervenit ad Brag-
manos ut Archam in throno sedentem
aureo et de Tantali fonte potantem
inter paucos discipulos de natura et
moribus de cursu siderum audiret do-
centem Inde per Elamitas Babilonios
Caldeos Assirios Parthos Syros
Phenices Arabes Palestinos reversus
Allexandriam perrexit Ethiopiam ut fa-
mosissimam solis mensam videret in sa-
bulo Invenit vir iste ubique quod disceret
et semper proficiens semper se melior fi-
eret Si igitur tantum virorum honestas filii
huius seculi curavit ut mundana sci-
encia fulgeant quanto studio prudencia
inferiorum inquirenda est que non temporalis
laudis famam sed eterni regni gloriam
conciliat et instat Secundo inferiorum prudencia
naturaliter appetitur Et huius ratio est quia unum-
quodque naturaliter appetit id per quod perficitur
prudencia autem inferiorum duo includit scilicet
noticiam veri qua perficitur intellectiva
Unde est quod omnes homines naturaliter scire
desiderant primo Methaphisice et amorem
boni quo perficitur affectiva Unde est
quod omnia bonum appetunt primo Ethicorum
Concludit Boecius 3° de consolatione philosophie Men-
tibus hominum naturaliter est inserta veri boni
cupiditas sed ad falsa devius error
abducit Si igitur anima naturaliter appetit ver-
um sicut forma materiam turpe bonum et verum
unumquodque incompletum et imperfectum naturaliter
desiderat suum perfectivum sequitur quod prudencia
inferiorum naturaliter appetibilis est cum sit
potencie anime completiva complendo ab in-
tellectu ignoranciam et ab affectu mali-
ciam Tercio utiliter possidetur Proverbiorum iii
Beatus homo cui affluit prudencia
melior est acquisicio eius negociacione
auri et argenti Et Sapiencie viii Sobri-
etatem et prudenciam iusticiam et virtutem
docet quibus nichil est utilius in vita
hominibus Ideo dicitur Sapiencie vii divicias ni-
chil esse dixi in comparacione eius nec
comparavi illi lapidem preciosum quoniam omne
aurum in comparacione eius arena est exi-
gua Et ut utiliter possideatur quia secundum
predicta comprehendit scienciam et virtutem
quibus divina similitudo in homine reforma-
tur Sicut dicit Hugo duo sunt que
divinam similitudinem reformant re-
parant speculacio veritatis quo ad primum
et exercicium virtutis quo ad secundum Concor-
dat Algazel duo perfectio anime in
duobus consistit in iusticia et ornatu

Munditia quo ad virtutem siue boni amorem
ut scilicet anima se oppleat ardoribus et satisfaciat
a sanctitatis turpibus ornata in ea compre
ditur virtutis celitudo ita ut renitent
ei diuine virtutes in quibus nullus est error
nec ulla occultatio Munditia igitur seu
amor boni animos adeo eos addenim
committit Notitia vel in credulos singu
lares cognitionis illustrat sepaute eo quod
committit petram in stagna aquarum et rupe
in fontes aquarum. Et qui ait Thome
noli esse incredulus sed fidelis et qui
dixit discipulis Estote prudentes sicut
serpentes ipse enim convertet incredulos ad
prudentiam iustorum que sunt verba textus
In quibus quidem verbis tam generalibus debi
litatis introductis tria ponuntur per ordi
nem Primo notatur dei gloriosi superefflu
ens benignitas paciensque longanimitas
cum dicit ipse convertet 2o notatur quorundam
et intellectu cecitas et in affectu pra
uitas cum dicit convertet incredulos ipse
enim est qui per psalmistam incipit con
uersam in... convertam impios fundum
maris Johannis iii Qui incredulus est
filio non videbit vitam eternam sed ira
dei manet super eum 3o notatur specialium
defectuum reformationis integritas
ad prudentiam iustorum Baruch iii Dis
ce ubi sit prudentia ut scias simul
ubi sit longevitas vite ubi lumen
oculorum et pax Primo itaque notatur
superefluens dei bonitas et paciens
longanimitas cum dicit ipse convertet ipse
enim est tunc oculi in omni loco bonos et
malos contemplantur. ipse est qui cuncta
videt presentia preterita et futura actua
lia possibilia uno aspectu uno intuitu
ipse omnia que inique agunt considerat
Novit et eum qui decipit et eum
qui decipitur cognoscit calumpnia
torem et calumpniatum oppressorem
et oppressum nec tamen mox ferit
iniustum nec subito condemnat impium
sed expectat ut iustificetur. Quia miser
tor est longanimis et multum misericors
Cuius homini nephandissima et quamque
impudentissima immo spurcissima
sub oculis suis in domo aut in tha
lamo suo commissa etiam contra vigi
at ...nia non puniat ea aut remittat
in ea sed esse infinita mala quorum nu
merus ... suo conspicit et tutta ...
nente peccator iniquus committere non
formidat Nichilominus tamen pater miseri
cordiarum et deus totius consolationis qui et licet
ultionum dominus sit non tamen confestim vin
dicat sed sua benignitate nos ad con
versionem et penitentiam provocat Magna
dei bonitas quia aliquos ad desperat
a ... eius et longanimitas quia expectat
aliquos nec tamen statim ultionem infligit
Ysaye xxx Expectat dominus ut misereatur
vestri Roma ii An divitias bonitatis
eius et patientie et longanimitatis contempnis
ignorans quoniam benignitas dei ad penitentiam
te adducit Non enim subito peccatorem
ferit sed expectat ut convertatur et vivat
Non enim vult mortem peccatoris sed ut
convertatur et vivat Ezechielis xxxiii Sic ac
quod iuste est et ipse convertet ipse est
enim invocantibus eum invitate Conuer
timini ait ... cogitationum Zacharie 1o
Hec dicit dominus convertimini convertimini a cogi
tationibus vestris pessimis a corruptione
intentionum Jeremie xv Convertimini a via
vestra pessima a pravitate voluntatis
Ezechielis xviii Convertimini ... ad dominum deum tuum
quoniam corruisti in iniquitate tua a prava
tate operis Johel ii Convertimini ad me
in toto corde vestro ... mutatione
Baruch iiii Convertere Iacob et am
bula per viam ad splendorem eius
... perfectione actionis. Ecclesiastici iii
convertat se ... animam suam ... a ...
divitiis desperationis Ezechielis iii Si autem
... impio et ipse conversus non
fuerit ab impietate sua in impietate sua
morietur tu autem liberasti animam tuam
Ceterum hanc conversionem operatur per humi
litatem fidei soliditatem spei et ca
ritatis excellentiam claritatem pru
dentie subtilitate temperantie agilita
tem iustitie impassibilitate fortitu
dinis Ea virtute qua solem convertit
in tenebras et mare in aridam a
quas amaras in dulcedinem et in
Chana Galilee aquam in vinum preciosi
tatem qua petram in undam et
uxorem Loth in salis statuam qua
ignem in rorem et in ... convertit lapi
dem hec conversio sanat animam dat bo
nam famam donat gratiam tollit pecca
maculam consolationem infundit virtu
tes nutrit a malis eripit et mente
... vestit hec lapideam conscientiam
liquescere facit mortuum resuscitat infir
mum roborat pusillanimem confortat

In quibus
1o
2o
3o
di. 1o 2o
notat superfluens dei bonitas et paciens longanimitas

robustum glorie facit triumphare infi-
ma dissuadet, ad superiora promovet
et per media facit securum dextrum
ambulare. Hanc suspirent ad hanc
aspirent dicentes gementes et flen-
tes constanter et frequenter. Converte
nos deus salutaris noster et cetera. De prima

Di 2°

2° notandum in quibusdam intellectus
cecitas et affectus prauitas
et primo agitur de intellectus ceci-
tate

parte secundo quod in hiis premissis
notatur in quibusdam intellectus cecitas
et affectus prauitas. De primo sciendum
quod plurimi sunt qui ignorant as-
tucias sathane ad prauas vel soli-
ditas adverta respicientes ideo de facili
paralogisantur, id est decipiunt ponentes
tenebras lucem et lucem tenebras
quorum error inde consurgit, quod zelo
rectitudinis aut iusticie normam
iuris preterunt vel transcendunt vir-
tutum pro obiecto ut ipsis videtur
assumunt. Sed quia vicia sepius ve-
lamina virtutum induunt delusi a de-
monis meridiano non attendentes
angelum sathane in angelum lucis
transfiguratum, diaboli decipulas incurrunt
quod tamen multum periculosum est, quia
secundum Gregorium Error dum virtus creditur
difficile emendatur. Et inde est quod
interdum homo actus suos licet re-
prehensibiles aut defectus sub specie
amoris virtutis vel iusticie aut spiri-
alis operis occultat et defensat. Sic
eciam surgit quod error huiusmodi
deceptus, ita cum sibi consencientem
resolvit, quod inde multociens bono-
rum negligenciam et dissimulacionem
nutrit et molli quodam affectu i-
psum et suorum commodum. eciam cum alico
et quoque rei publice dispendio inclinatur.
Surgit autem error intellectus
ut quidam opinantur secundum auctorem libri
de instinctibus primo ex eo quod huiusmodi
tamen naturalis interim in talibus obtene-
bratur quamquam acuti et subtiles
hominibus videantur. quod tali lumine magis
vel minus possunt uti in aliquo actu vir-
tuoso, efficiuntur enim effeminati et
molles. ac interim ad seipsos recurrunt
quod in omnibus actionibus proprium com-
modum querunt et ad propriam placen-
ciam intendunt. Ex quo quod a perfecta
racione virtutis in omnibus actibus de-
generant, querunt que sua sunt
non que ihesu christi. contra quos Gregorius
primo. Videte quia non mihi soli la-

boravi. Secundo ex eo quod talis divinis
et sanctis admonitionibus plus ceteris
reluctant quos licet deus sua benivo-
lencia ut non sibi soli solum sed bono
communi provideant admoneat. ista tamen quod
mollicies feminea sit sicut ad seipsos
retorta quod vias illas obstruunt per
quas posset eis divine maiestatis bene-
placitum inspirari, non sinentes ut divina
monicio corda ipsorum ad intelligendum
veritatem contingat. Cuius rei gratia de
talibus per ysayam conqueritur dicens
quietum in quibus tota die expandi
manus meas in fluxionem inspiracionis
mee ad populum non credentem mihi hec
est meis monicionibus, sed quod dicitur
hoc est obicem ponentem ne divine
gracie influxionis ad consequendum rectum
iudicium ipsorum corda permolliat vel
consurgat. 3° ex eo nam tales seipsos
impugnat nec est opus ut sathane
impugnacionibus agitentur. interim ut i-
vitate in utile credunt esse utile et a pro-
prium proficiam et decorem honestum
tamen quo ad se quam quo ad proximos
operentur veri non egent alia in festa-
cione inimici sed propria inclinacione contracti
ad seipsos reflexi sua deperdicia perse-
quuntur. Cuius ruinam concludis reci-
pitur licet enim deus huiusmodi per pia-
tas inexplicabile clemenciam a tempta-
cionibus preservat. Et licet diabolus eos
quoque temptare omittet ipsi tamen sibi
ipsis insidiosi captiones et laqueos
tendunt per hoc quod bona opera que
faciunt regula carent iniquitatibus nullum
interdum scibilis sapiunt ut incito
quia deo grata non consistunt. Ex quo
quod primus redemptor homines in
primis ipsius amore dimissos subtilet
amonet inquiens Johannis xvi pe-
tito ut gaudium vestrum plenum sit quasi
opera vestra tamen tanto fervore charitate
ut in meis gaudiosis complaceam
et vobis propriis cum tantis gloriam
recompenset. Anima sancti augustini
tunc solum implebit gaudium meum
quum nobis libuit sue divinitatis con-
sortium. Istud indigena, istud audiat
et forensis et alienigena et caute
provideat ne per errorem et cecitate
intellectus sibi aut suis tempus orb-

compilat et vivat et non sit sibi ipsi sa-
piens. Dicit enim Isaie v. Ve qui sa-
pientes estis in oculis vestris. Nam sicut
simplex prudentia in agendis est
ignorancia, sed credere se esse prudentem
errore subsistente est insania. De secundo
scilicet affectu privitate dicendum quod propter hoc
magis innitendum est prudencie que
ducat ad veram caritatem, que est forma
virtutum et regulatio, quam prudencie
carnali que est virtutum evacuatio. Est e-
nim fructus affectionis communis vel amoris
cior, stabilior et verior quam affectionis
private. Certum est enim quod bonum quanto
communius tanto divinius et melius,
et ideo quanto magis amor ad plures
bonos per beneficenciam extenditur, tanto
magis et plus meritum bonorum multipli-
catur; et quanto amor caritatis boni
operis rectior tanto valor operis est
maior. Ipse ergo fructus affectionis ad bonum
commune vite eterne meritum multiplicat. A-
mor vero privatus diminuit et attenu-
at. Confiteor autem quod licet in se tale debeat
omne in quo relucet ymago altissimi
diligere, et ob hoc quanto clarius et verius
ymago dei per vitam sanctam et doctrinam
catholicam in aliquo fulget tanto ma-
gis est diligendus, quia honor al-
tissimi in hoc dependet ut omnis hono-
retur et ametur; qui ipsius in pagina
defecerunt, omnes dico sine divisione,
sine acceptione, sine specialitate, ita quod
nullus sit quo ad hoc unius ab altero
discretio nacionis. Et quia cuncta univer-
sitatis supposita pro unitate et obediencia
sunt ... et ideo simul sunt amanda,
tum quia amor vel affectio proximi
est signum amoris dei, tum quia huiusmodi
affectio, cui dei cancellarius ascribit
honorem milicie Christi, tum quia est regula
et mensura, secundum quia divini amoris
quantitas omnia potest, quia quanto proximo
amorem addimus, quibus plus afficiat
tanto plus habemus(?) in amore proximi
ostendit dicente beato Johanne I Johannis IIII: qui
enim non diligit fratrem suum quem videt,
deum quem non videt quomodo potest diligere?
Ipse quod melior est et laudabilior
communis affectio, nam per eam honor dei
augetur, ac e contra per privatam affectionem
minuitur. Tercio quia cum dominus(?) huic(?)
deus humanum genus instituit quam
sit sibi grata universitatum unitas
ostendit. Non enim compluribus simul
creatis idipsum fieri voluit, sed uno
ut et ab uno generati aut propagati mu-
tuo se tamen sibi diligerent, quia communis

factum sit homo unus; non tamen rebel-
libus est solus ut in multis consortibus u-
nitas conservaretur, sicut dicit Augustinus
de civitate dei; sed tamen multa sunt que
unitatem et concordiam impediunt, cari-
tatem in unitate scilicet inficiunt, pacem
conquisitis argumentis conturbant;
summopere vigilandum est ut ea que uni-
versitati nostre nocerent subducantur. Ergo
primum est vero studencium cum falsis
contractus(?) in scriptorum cum non in scriptis,
qui multa generant scandala obloquia
et tedia. Et ideo opus est ut a consortio
te huiusmodi veri studentes et petitores
sapiencie sequestrentur. Non enim convenit
psallendi(?) cum hiis studens et armiger,
dimicator et ingurgitatus(?), domina(?) sa-
piencie amator, sit ab altera dispo-
situs noctivagus et studio intentus,
in operibus et quietus, lascivus et casti-
monie, et protervo loquax et tacitur-
nus, eo quod contraria ut dicit Philosophus ma-
xime a se distant et mutuo se ex-
pellunt. Fugiat ergo quilibet talium sal-
tem consortium studencium cohabitacionem. Est enim
difficile ymmo impossibile quodammodo
ut quis inter Sodomitas Loth, inter
Hus(?) Job, inter Egiptios Joseph, inter
Babilonios Daniel, in Ur Caldeorum
Abraham, in atrio Cayphe Christi con-
fessor permaneat aut angelus impu-
gnatus ubi sedes est Sathane. Cum enim
societas lucis ad tenebras penitus
nulla conveniat, studentes in hiis vestri
nomine sed non re, quid vobis et huic
sancte universitati? Si filii dei vultis
esse, cur more vipperarum matrem cor-
roditis, cur ob hoc maledictionem obnu-
xii matrem compascitis? Scriptum est enim: cum 3
Maledictus omnis qui compascat ma-
trem suam. Cur patrimonium
Ihesu Christi vana pompositate et lubrice
consumitis, quam gloriam monendo(?)
licet suspirando in regia reportatis?
Dicite quomodo hiis cum genitiva(?) in suis
deperditis sunt finaliter comparati: nonne
pulcher Absolon regnum patris ambiens
et thorum eius contaminans finivit vitam
suspendio? Nonne X tribus a Roboam
filio sapientissimi Salomonis recesserunt
duabus tribubus dumtaxat relictis
pro eo quod derelicto consilio seniorum locutus
est secundum consilium iuvenum in regnum? Nonne
Achab et Jezabel sinistre
et ad ultimum consilium suum, nisi fuisset ve-
neritus faciem altissimi, usque ad mingentem
ad parietem omnem domum

scelus sacerdotum est quod male instant
ut impii et illusores Unde in Canonica
Jude. In novissimis temporibus venient illu-
sores secundum desideria sua non in pieta-
te ambulantes Illis vero tam prope
propinqua christo illudunt qui precium sanguinis
illius et peccata istius decorant et tamen
nec illi sciunt nec isti salubre percurrunt
de talibus loquitur Adam premonstratensis in sermone

5° quod male instant ut impii et illusores

superius allegato habes sic inquit quorum
iniquitates quadruplex procedit qui de Christi
inopia dites de ignominia gloriosi
honorati de obprobrio de servitute no-
biles venerabiles de contemptu de an-
gustia delicati sericati delicio de
patrimonio crucifixi lupini et iactancie
deserviunt non de animabus sed de ovibus non
de pauperibus sed canibus lucris potius
operandis quam sacramentis venerandis
intendunt Sextum scelus sacerdotis est
quod acquisita de altari male dispensant
aut dissipant ut sacrilegi et peremptores
pauperum prius sit avare retinendo Bernardus
insolubiliter consumendo de primo dicit Bernar-
dus in epistola ad fulconem Quidquid pre-
ter necessarium victum de altari retines tuum
non est rapina est sacrilegium est. Se-
cundo cante oportet nos glosare quod illi
necessitate nimium dilatare sibi hominis vi-
rigidam vitam demus eciam et
nos de rapina occupare De secundo loquitur
idem Bernardus in epistola ad henricum archi-
episcopum zenonensem Clamat penuria
pauperum nudi et famelici conqueruntur
dicentes pontifices in freno quod facit aurum
quid conferunt mutatoria vestium contra
si impietas nimium est quod effunditis
nobis crudeliter subtrahitur quod inaniter
expenditis. Duo denique mala de u-
na radice procedunt dum vos vani-
tando perditis et nos spoliando peri-
mitis Septimo et ultimo dicitur quod tangitur
propria in occupatio et in hoc confunditur
et grauatur nostra malicia quod tam prope
in occupati sunt cum dicit Quamdiu est per ps. iiii°
filii hominum usque graui corde etc. quasi dicat
Si esset aliqua vel utilitudo mo-
vens ad peccandum minus esset nunc
autem tanto maius peccatum quanto minus
motivum posset aut deberet movere vel
motivum peccandi ymaginari vel fin-
gi vel quia deus nobis malum in-
ferat vel quia peccatum aliquod bonum no-
bis conferat Primum excludit dominus Mi-
chee vi Popule meus quid feci tibi
aut quid molestus fui tibi quasi dicat
nichil et Jeremie ii° Quid invenerunt
patres vestri iniquitatis in me quia elon-
gaverunt etc. Secundum excludit sic addita
quia peccatum non conferat bonum utile sed
dampnificat Jeremie v° Peccata vestra pro-
hibuerunt bonum a vobis non bonum
delectabile sed amaritudinem Jeremie ii°

3° quod acquisita de altari male dissipant dispensant

de 6to

6to propter quod prope incorpa

Scito et vide quam malum et amarum est
te dereliquisse dominum deum tuum Nos bonum
honorabile sed confundit et deshonorat Ecclesiastici
in moribus hominis mendacium sine ho-
nore et confusione corporis et spiritus sine
intermissione et pro omnibus istis simul.
Expone enim nos ipsi peccatum quomodo contra
Christum adduxerit hanc et immediate
nostris tradita sumus ipsi et sacerdotes
nostri in gladium et captivitatem / contra
bonum delectabile et rapinam contra bo-
num utile et confusio vultus sicut in
die hac. contra bonum honorabile Igitur
bene considerantes tam piam amoni-
tionem domini qua nos monet advertere
quid sit illud pro quo tanta mala
contra enim committimus et considerando
inveniemus quia nichil est Si enim
delectat nos voluptas carnis illa est
pabulum stercorum et absque omni ut ait
Bernardus vir in meditationibus Si gloria
honoris illa est stercus et vermis prima
Machabeorum 2º Hoc inquam intuentes labo-
et conemur ne tam vilibus rebus sic
graviter offendamus tam potentem
deum. tam pium patrem. tam dulcem
amatorem sed potius simus sibi debi-
ti et dilectionis gratiam rependamus
Et sic in hac domo domini sancta videbi-
tur convenientem negligentias evitan-
do scandala et mala quanta possumus
impediendo ut dominum tristis domus
huius habitationis nostre dissoluta fu-
erit domum non manu factam in gene-
di mereamur Ad quod nos perducat
qui sine fine vivit et regnat in
secula seculorum Amen. Et no-
quod in principio huius Epistole compe-
tentius obmittitur. quorum auctori-
tatum seu scripturarum.

Planctus. Dominica xxx tercio capitulo

planctus

Audite celi que loquar audi-
at terra verba oris mei Job x
loquar etenim in amaritudine
anime mee / non gaudeo sic
ut dona de stultis mulieribus Job
2 et tamquam sponsa et virgo in ruga
non scribar enim paciens adduxi
et dominum ultionum Exspectare (?) miseriarum
et domine totius consolationis Sapie-
(ncie) qui omni miseriis sicut et inde
cum omnibus miseriam patientibus

quisque solus laborem et dolorem con-
sideras Si itaque in hiis gravibus lacessita
miseriis. calamitatum mearum impa-
ciens forte madentibus genis
nas declamabo exclamabas tu que
paciens es Joseph 2º et multum in-
tersis paciens audiens exaudies
noli igitur iniuriam (?) suscipe verba
mea Job vi c. dolore plena cum
ego parvula tempestate quassa
coram te singultu obsecrem tu nosti
quia nichil feci. tu nosti miseri-
tas mea. nosti peccatum contra me est si
sine iniquitate timuit et dicitur. doceo
iniquos vias tuas propter ut impii ad te
convertantur / Sperabamque audisse eos a
via mala Judicium eorum qui absque sint
filii israel et conversi in acerrimam
retribuentes in mala pro bonis Sepe
enim expugnaverunt me a iuventute mea
set tam hactenus firmantem quia expectantem
etenim non potuerunt michi. quia tu de-
us et carnes eorum contrivisti Novissime
eciam hiis diebus supra dorsum
meum fabricaverunt peccatores diuiden-
tes sibi vestimenta mea lustris sup-
et amplius prolongantes iniqui-
tatem sibi devenire turpius quam
hii qui in agone contendunt pro bravio
contendentes super quos fuit tan-
ta effusa contentio ut quomodo contur-
bate sunt gentes et inclinata
sunt regna. similiter tunc homines
sicut reptile non habentes principem
Quamobrem ego que perdidi im-
pulsae dilectionis Ecclesiastici 24 et sancte
agnicionis ac sancte spei. domina
gentium princeps provinciarum. Fueram
tamquam filia Babilonis misera et
ceu mulier delicta merens ysa-
iae c. spiritu posita sub tributo sede-
bam cum Jeremia flens defecerunt
quod oculi mei pre lacrimis cum non
esset consolator omnes enim amici
mei et noti mei et proximi mei
recesserunt a me omnes declinave-
runt simul in valles sed unus-
quisque post avariciam suam Ysaie
lvi c. Itaque dominum heu incolatus
meus prolongatus fuit cum habi-
tantibus cedar et cum hiis qui oderunt
pacem huius in pace (?) loquebar

Paterm amarissima post defectio
tenuit me propter peccatoribus delinquentibus
legem tuam, videbar tunc oculis
inspicientium tamquam vas perditum
audiens vituperationem multorum com-
morantium circuitu et quasi navis
petri vicina naufragio, patroni
destituta presidio. ventis admodum
agitata contrarijs, descendere in pro-
fundum. Hec omnia venerunt super
me nec oblita tui fui sed nec inique
gessi in testamento tuo. Expectans
eum expectavi te ut salvam facias a
pusillanimitate spiritus et a tempestate
et tu adiutor in opportunitatibus in
tribulacione, qui ventis imperas de
profundis aquarum reduxisti me sta-
tuens procellam in auram. fecisti sile-
re fluctus eius. nec non perturbatam
et motam ad portum voluptatis ma-
nifestavis mihi tuam misericordiam deduxisti me in civitate scilicet in Constan-
tiam tunc concilii generalis unitam
in qua congregare fecisti servos tuos
qui stantes in magna constancia
adversus eos qui me angustiaverunt
dicentes eos dum allevaverunt. impu-
tantesque obprobrium meum, ordina-
verunt testamentum tuum super sacrificia
Ibi igitur impij cessaverunt a tumul-
tu Job iii c. compulsi sunt ut patue-
runt stare cunctorum diu nunc sepul-
ture dormiunt. Doctus vero sanctissima
petra scandali obstinata que spi-
ritus tui sicud stipulam dissipasse
preceptis debueras adhuc forte vivit
qui fedus cum morte pepigit et
pactum cum inferno qui inveteratus
dierum malorum. maledictus qui puer c.
annorum ultima decoctus tristatus fuisset
ad tumulum, et o si natus non fuisset
homo ille cum pro vi, qui conturbavit
terram, Isaye xiiii, qui concussit regna
et totum orbem sua calliditate in-
volvit et decepit Sed cur hunc qui
tot mortibus dignus est sustines,
bonum tibi videtur ut ipsum sustine-
as consilium impiorum adiuves et viros
pluriumque viles et in noxios tollis
de medio, non est qui tecum disputet
Job xiiii. nec dicat cur ita facis hunc
cum humilias et hunc exaltas Judi-
cia nempe tua abissus multa et qui
potius ea que non sunt tamquam ea que
sunt Jeremie i c. vocasti igitur tamquam
aaron et elegisti tibi virum de plebe
in columpna scilicet ecclesiam. quem in cetera
plebis et in cathedra seniorum sup-
ponis tam regibus et principibus
et sacerdotibus et omni populo terre ut in
quit Jeremias exaltasti ut sit mani-
festa super virum dextere tue quem
confirmasti tibi ipsum super gentes et
regna constituens. ut evellat destru-
at disperdat dissipet edificet et plan-
tet, meque sponsam tuam variis af-
fectam lacessitamque molestijs consolet,
protegat ulciscatur et defendat. et eos qui
me oderunt humiliando confundat.
et confundendo humiliaret secundum secundum
multitudinem dolorum meorum quos propter
separationem pertime sustinui consolaci-
ones tue in eo letificaverunt animam meam
In memor igitur preterite sit preopa-
tionis preterite gaudium quod tristicia mea
videbatur versa fuisse in gaudium
quod nemo a me tollere debuisset
dicebam ergo iam non erit amplius
neque luctus neque clamor sed nec
ullus dolor. quia priora transierunt et
oblivioni tradite sunt angustie pri-
ores Et licet ondisti in tribulacio-
nes multas et malas. et conversus
tamen iterum consolatus es me et Debui
igitur letari pro diebus quibus humiliata
fueram et in pace opulenta usque ad
consumacionem seculi quievisse Igitur
prestolabar cum Jeremia in silencio sa-
lutare tuum expectavi pacem et non
erat Jeremie iiii. tempus medele et ecce
formido quesivi bona et ecce turba-
cio. cumque dicerem pax et ecce non erat
terminus gaudij luctus occupavit eo
ubi cytharam in planctum, Iterumque de-
nuo dolor meus renovatus est
adeo ut novissima dierum meorum fa-
cta sunt peiora prioribus Luce xi. fuissem
igitur quasi non essem patri filio du-
cebatis ipsa congregatibus docere scismaticorum
disturbio, adversus homines eorum hereti-
corum traducor et invita pertrahor tyran-
nides En quo tot et tam magna
mala ut inquit Salomon patrem
potero appellare, cum novi recentesque
falsi prophete venerunt in vestimentis ovium
novos et pessimos errores quos nos

Margin notes:

consolacio

maledictio

de pacia dei et scientia malorum

verus medicus boni pastoris electi consolatur et defendit

cum debuit quiescere consolata supervenit maior tribulacio

tolleris. p(ro)ut corp(us) vestibus p(er)misceto(s)
filii quos enutrivi et exaltavi. facti — *malediccio 2a hereticorum*
sunt filii Belial. absque iugo pugnant
contra me. pro eo ut me diligerent
detrahebant mihi sanguinem et dolorem. eorum
os amaritudine plenum est. firmati
filii sermone nequam. sepulcrum pa-
tens guttur eorum. appropinquant contra me
ipsi. omnes maledicunt mihi dicentes — *Jeremie xv°*
non est salus ipsi in deo eius. me — *appok vi*
tamquam synagogam sathane cum
pollutis labiis asserentes. generatio
prava atque perversa cui non immerito
ysaias i c. imprecatur ve genti
genti peccatrici populo gravi iniquitate
semini nequam. filiis sceleratis. de-
reliquerunt dominum. blasphemaverunt
sanctum israhel. alienati sunt retrorsum
errantes a vero. locuti sunt falsa
super populum tuum malignantes a pristina
integritate conditionis fidelium mea hec igitur — *malediccio civitatis sive magnis hereticorum*
civitas habitatio fuit optima que in
Ysaia primo c. vaticinium facta est mere-
trix olim tamquam princeps provinci-
arum plena iudicii iusticia caritas
gaudium pax bonitas benignitas fides — *ad galath v°*
continencia. et cetera habitabant in ea
nunc vero tumultuoso eorum ordine homi-
cide sunt inimicicie contentiones mur-
mur heresis homicidia et cetera malorum
genera, que predicator egregius enu-
merat ipsam occupant iuxta verbum
Osee iiii c. non est veritas non miseri-
cordia neque sciencia dei, sed maledictum furtum
homicidium et mendacium et sunt homines — *malediccio hereticorum et pseudo apostolorum et p(re)cursores anti(christi)*
in heresim quos vas electionis in die-
bus novissimis venturos predixerat
se ipsos amantes avari cupidi ela-
ti superbi blasfemi parentibus non obe-
dientes ingrati scelesti sine affectione
sine pace criminatores immites sine
benignitate proditores protervi tumidi vo-
luptatum amatores plusquam dei habentes
quidem speciem pietatis virtutem eius
abnegantes semper discentes numquam
ad scienciam pervenientes per sapientiam turbant
tunc contra in modo ii in confessione
vere fidei persistimus quid aliud nisi
tot flagiciorum mala pendimus nisi
quod venturo timens antichristo. vita iam
sternitur. precursorum in offensis necesse
sue vestigiis gradiat ante precedentes
ut firmissimum est iuxta glosam ordinariam,

sunt qui se xpos i xpi discipulos
mencientur. per vertentes sanam doctrinam
quod paulus apostolus suo Thimotheo
clarius designavit dum in novissimis
temporibus discedere quidam a fide atten-
dentes spiritibus erroris et doctrinis de-
moniorum in ypocrisi loquentes mendacium
et cauterisatam habentes conscienciam. hinc
ergo non pseudo apostoli et precursores
antichristi hiis diebus novissimis surrexerunt
qui sanam doctrinam vie et veritatis
et vite doctrinis variis et peregrinis — *Joh viii*
abducentes pervertunt et reprimunt
in sacratissimis corporis et sanguinis sacrame-
nti dictis scriptis et quod his perniciosius
reprobant et offendunt salutiferam
clarissimamque suam doctrinam ad sensum
suum singularem et contortum pervertentes
temeritate persuadentes communionem — *... communi(one)...*
venerabilis eukaristie sub specie panis
utlaicorum debere sufficere omni populo
catholico ad salutem sub utraque specie
panis et vini de necessitate salutis fore
necessariam in mittentes improbe illi so-
li verbo eiusdem veritatis nisi manducaveritis — *Joh vi*
carnem filii hominis et biberitis
eius sanguinem non habebitis vitam in vo-
bis et opponentes ipsa verba contra me-
tem proferentis ac ipsa retorquentes
ad litteram que occidat que eciam verba
ut ex sequentibus concludatur. xpus voluit
intelligi in spiritu qui vivificat cum sub-
iungit verba mea spiritus et vita sunt — *Joh vi*
tamen alibi in simili causa predicat nisi,
quis natus fuerit denuo non potest vide-
re regnum dei que utraque necessitates tam
manducandi quam renascendi iuxta
sensum litteralem oporteret adhere in co-
benignitate seu absurda deducuntur.
scilicet quod nullus, sed posset videre regnum
dei nisi qui denuo iuxta opinionem
Nicodemi carnaliter renasceret. sic nec
quis vitam eternam habebit nisi nisi
nisi manducaverit carnem filii hominis
et sanguinem eius biberit sacramentaliter
et non spiritualiter et quod est absurdius
sive de necessitate salutis communio venerabilis
eucaristie communio sub utraque specie esset ne-
cessaria. optime verba que deprimis
penitus et infallibilis veritatis ore
processerunt pro eodem loco et hoc
clarissime cernit in ania et unitate — *Joh vi*
ista verba ego sum panis vite qui de
celo descendi ut si quis manducaverit
ex hoc pane non moriatur. item

qui manducat hunc panem vivet in
eternum. Item panis autem dei est qui
descendit de celo et dat vitam mundo.
Item panis quem ego dabo caro mea
est pro mundi vita et alia verba huius
similia in quibus de sacramento singu-
laris nullam expressius facit mencionem.
Ergo panis qui de celo descendit
caro xpi est pro mundi vita ut predictum
est ita ut siquis manducaverit ex hoc
pane non moriatur sed ut promittitur
vivet in eternum. Propterea communicans
sub eadem specie panis tantum eundem
effectum communionis scilicet vitam eternam
consequitur. Proinde sciendum sub utraque specie
communicans vitam habens ipse presuppo-
sito utique quod verum et vivum cor-
pus xpi habeat ipse sicut et habet
sanguinem proprie aliter et fortius 24 c
Nec mirum si solis presbiteris communio
utriusque speciei conceditur et congruit
cum ipsi soli in conficiendo utramque
speciem sacramenti ministrant in memoriam
passionis xpi sub distinctione representat.
Nam et si presbiter ex oblivione
sicut contigit solam speciem panis
consecraret non minus fit consecrata
hostia verum corpus xpi. Preterea pau-
ciores in reverentiam fieret quod
quidem corpus xpi talis turbatio
fidelium et ideo communicanti proficeret ad sa-
lutem. Nec refert si obiciat quod primitiva
ecclesia communionem utriusque speciei in sacra-
mento recepit eadem populo utriusque speciei
in diffinite aliquibus temporibus fuisse con-
cessam. quia pro tempore paucitate fi-
delium quibus omnia erant communia
expediebant primitive ecclesie in qua
omnes huiusmodi cautius et commodius
cum maiori reverentia paucioribus
potuit ministrari. Ex et nunc absurde
posset utrique recipere ipsa eadem
ubi ecclesia si ex hoc ampliorem devo-
cionem et reverentiam sacramenti et
cultum fidei maiorem cognosceret.
De irreverencia populi
populi crevisse at irreverentia
abusus contemptus utriusque sacratissime
speciei per fideles homines passim in-
currit. Nostris exemplis preciosissima
de se nota palam indicant quia
plus deplangere quam specificare
conveniret. Quomodo autem sic impia
veritatem catholicam manducare corpus
xpi et sanguinem ipsius bibere. Beatus

Augustinus doctor infallibilis super Iohannem
scribens clarissime demonstrat de con. di.
2a. Crede et manducasti. Crede in illum hoc
hoc est manducare panem vivum. Qui
credit manducat invisibiliter saginatur
quia invisibiliter renascitur. Et quod sequitur
ibidem et illud crede et manducasti. Et
erubescant igitur et confundantur in seculos
et in sacrum simul veritatis perversores qui
ipsam veritatem incorruptibilem presumunt
de inefficacia sermonum seu verborum arguere
cum verba ipsius transeuntibus celo et terra
non transibunt Math. xxiv c. Hii
sunt ergo similes immo deteriores illis
qui ipsam veritatem voluerunt arguere
de peccato mendacium non attendentes quod
impossibile est xpum menciri ut dicit
doctor egregius ut est qui dicitur Iob.
possit deum dicere esse mentitum. Tales
nempe pseudo prophete in populo magistri
mendaces qui adulterantes verbum dei
introduxerunt sectas perdicionis per
quas via veritatis blasphematur. Quibus
nec in hoc sufficit capitulum vi c. sicut et
dici malicia sua nec sufficere cor. i hec
est amarus sed ut errores suos vestris
admirare possent ostendere paginibus
de malo in peius proficientes et ut alii
bi scriptum est ii cor. ii c. in errorem in-
separabilem populum mittentes suadent
et falsissime dogmatizant quibuscumque
et undecumque sint presbiteris monachis
cenobitis et quibuslibet in sacerdocio
constitutis predicandi verbum dei indi-
stincte competere de officio licencia eius
cumque superioris non petita nec obtenta
immo veritatis ipsius contempta verissima
sententia qua dicitur Rogate dominum
messis ut mittat operarios in vineam
suam quod et doctor gentium concepit
inquiens ad Rom. x c. Quomodo predicabunt
nisi mittantur. Licet ipsi dicunt et huius
legis prevaricatores contendunt forte
sicut et quidam ipsis similes heretici
missos quadam invisibili missione
quam tamen sicut scriptum est in decretis. Cum
commissio de hiis nec signis nec pro-
digiis credentibus poterunt ostendere
sicut Moyses missus a deo ad filios Is-
rahel virgam convertit in colubrum. Et Jo-
hannes Baptista per Ysaiam. Ecce ego
preparavi semitam domini docuit iuxta Ieremias
primo c. talium ergo falsorum nunciorum qui se
ipsos ad predicandum ingerunt missiones

Quod heretici veritatem arguunt et verbum dei adulterant

Joh. viii

2a pe. 2 c.

2 Cor. 4 c.

Mt. ix c.

com. 2a auctoritates ... presbiteris et monachis ... verbum dei predicare

Luce x

Exodi iiii

propheta Jeremias detestatur inquiens: se-
ductores falsi prevaricatores adulteri
contenderunt lingwam suam sicut
arcum mendacii sed prophete mei
in mendacio cum ergo non misissem
eos nec mandassem eis qui nichil
profuerunt populo meo. Tercia vero pars
scripture non indigna auctoritas pro dominis
messis prelatis seu pastoribus ecclesie
per operarios vero predicatores intelli-
gitur. Quia igitur temeritate non
missus invito vel saltem nesciente
domino saltem presumit mittere
in messem alienam vel in agro ali-
eno mittens manum ad aratrum contra
preceptum legis transferet limites
proximi et sic pro tritico sed inimicus
homo et fur posset superseminare
zizania nequiter iuxta quod legis
iusticia tollet deplectemque actione
furti tenebat cum scriptum sit Deu-
teronomii xix c. non assumes nec trans-
feres terminos proximi tui quos fixe-
runt priores et ibidem paulopost
xxvii c. Maledictus qui transfert ter-
mina proximi sui. Tales igitur male-
dicti operarii sicut teste Job iiii c. se-
minaverunt dolores ita metent eos
et deo flante perient et spiritu ire eius
consumentur. Quia quod in benedictionibus
seminat 2 Cor. ix. in benedictionibus et
metet. Iam nempe quod scimus contra scilicet li-
bera predicatione ubi dei quidam aliqui
dampnosiores errores tanquam rivi
corrupto infernali derivantur et quo
quadrupes ipsorum perdidit iniustitias funda-
mentis sed fidei non parum contraria
maioritatem scilicet et obedientiam non
debere esse in ordine ierarchico mili-
tantis ecclesie sed pari conditionis cone-
creationis et originis omnes homines
eiusdem patris celestis filios et fratres
esse asserentes obiciens et subiectionis
opprobrium potentia seu tyrannide
Nemroth fuisse forte inductam
contra quam et si maioritate fieri opteat
maioribus tamen mortalibus peccatis
irretitis subditi obedire minime te-
neantur allegantes pro huius dampnosis
fundamento illud quod fuit peccato servus
est peccati et sic consequenter in tali ser-
vitute constituti aliis sepe non debere
neque posse maxime si spiritualis fuit
non posse quempiam solvere vel ligare

Multa quidem et alia ex eorum fonte
gehennali periculosissima flumina scatu-
rivuntque iam clarissima in fallibilibus
veritatibus variaverunt sua fluctus sui
impetu fundamenta fidei subvertere
et statum ecclesie ... erroribus incompa-
tibilibus obducunt. Numquid enim iste
non legit vel ignorat autenticam ve-
tustamque de Ysaac historiam Gen. xx-
vii c. qui ne mittit filios de maioritate
et obedientia contendere et quo suspiro
relinquet Jacob supplantatorem in
dominum ceteris filiis seu fratribus cum bene-
dictione progenuit. Hunc non dissi-
milis Christus ... domini et magister in beato
Petro supra quem fundare voluit
ecclesiam constituit dominum ipsum ad hoc
quod humili deiectoque piscatore in ar-
duum gregis sui pastorem et princi-
pem glorie sublimatur. Ceterisque apostolis
preposuit quo ferens sibi suisque succes-
soribus litteris plenam indubia-
que ligandi atque solvendi potestatem.
Qua quidem fretus facultate precepit
preceptisque subditus ut dominis et prepo- 1 Pe 2 c.
sitis dominis non tamen bonis et modestis sed
et discolis similiter obedient. Scie-
bat enim magistrum suum et dominum potestati
Cesaris quamquam sacrilege et solvendis
tributis a tenera etate fuisse hominis
super positum nec ignorabat sacrilege 1 Reg xv
ydolatrie obedire nolle et obedi-
entiam quibus hec victimis antefert.
Hoc idem doctor gentium Hebreis
precepit ut prepositis suis subiacent. xiii c
Et alibi commisisse legitur ut servi Ephe vi c
dominis carnalibus in omni timore et
tremore obedirent. Hunc idem apostolus
potestate sibi tradita in obedientem et
pertinacem Corinthium tamquam membrum
putridum sathane tradidit in inte- 1 Cor v c.
ritum sic et hii inobedientes
ydolatre qui nec deo nec hominibus
obediunt deteriores iudeis non sunt Joh xix
regem neque Cesarem. Qui neque que
dei sunt deo neque que Cesaris sunt Mt xxii c
Cesari reddunt, tradendi sunt tar-
tareis tortoribus donec reddant
universum debitum ita ut qui propositis
dominis et humanis se subicere contempse-
runt in infernalibus ipsa principibus

Gen x c

inviti et ingrati rogant cum alit
q hec dicit utriusque gladii potestas — obedire Porro vero sunt dolo men
tita est iniquitas ipsorum sibi pretendentes
utriusque gladii in tribus nulla esse debe
ptatem adhoc quippe ne decepcio-
cione et mendacio ac de superbia
et abusione redarguti et repulsi
in malicia adinvencionum ultimo
defecerunt dati ergo in reprobum sensum
Ad Ro i c. — ut faciant ea que non conveniunt
ut inquit apostolus Repleti igitur
omni iniquitate ut malicia adhuc
quippe ut superbia eorum ascendat
semper suadent contra preceptum
decalogi res et bona non tantum pro-
Machab vi c — ximorum sed et ea que sacra et sa-
lubris cogitacio fidelium pro decore
domus domini dedicavit Non modo
concupiscere immo manibus sacrilegis
sibi diripere ad hoc ut thezauri-
zantes sibi rapinam et iniquitatem
secundum Amos iii c perpetrant possent
possidere hereditate sanctuarium dei
Digno sacerdotes qui incensum et
panes deo offerunt erant et de-
cimacionibus suis mutantes tu sufficit
ut mendicent ac Christum pauperem
in labore et exemplum paupertatis
imitentur at si sequeret vita apo-
stolica et Christi actionem per arctam
Act vii — viam que ducit ad vitam hec eius
sequerentur Tales igitur imitatores
plenos dolo et ypocrisi qui ut igitur
Eccli xix c. — Salomon requirit se humiliavit doc
tor egregius deflendo predicat
inimicos crucis Christi q mentientes populo
ad Philipp iii — credenti predicant non furandum et fu-
rantur res corporum proximi ut deum est
quod soli furantur contra quod predicant — non tantum sibi diripiunt sed eciam
diripientibus consentiunt et hoc
modo precepta implere videntur de-
calogi ac paupertate Christi in super-
bia et abusione in curribus et in
equis secularia demonstrant Sicut
[illegible] auri et argenti instabat et de
templo domini sicud antiochus iniquus
direptas divicias et pecunias [illegible]
impetu [illegible] [illegible] Eccli vii

ceteros fures peccare debuerant ipsi vero tur-
pissimo ordine fures et proximos ceteros
petuam truculenter predare non formi- — q quod non contentantur
dant Sed nec in hoc finitur eorum est nos ro- — in hiis malis
c. augmentum qui ipsi declinantes cor in verba
malicie facientes occasiones excu-
sationes in peccatis ne dicant similes — de ypocrisi eorum
hominibus operantibus iniquitatem nec — ut videantur mali
possent argui deceptio et decepcione
et mendacio neque videantur sicut ceteri
hominum raptores iniusti adulteri hora
de sacrilegi etc. sed nec sicut ille pub- — Luce xviii
licanus sed sicut beati inmaculati in
via qui ambulantes in via domini et
non operantes iniquitatem sed nimis
custodientes mandata domini ut in simplici- — Luce i c.
tate et iusticia facie domini peccare vide- — Luce xviii
antur Ieiunant bis in sabbato quasi — Ysa lviii
gens que iusticiam fecerit et que iudi-
cium dei non dereliquerit Insultant — q hec quod dicunt ut omnia
et flagitant ut omnia peccata proximorum — peccata proximorum publica
notoria per eos ad quos pertinet in — et notoria per eos ad quos
statu quolibet destruantur ac si ipsi scrib — pertinet in statu quolibet
sobe et pharisei olim mulierem in ad — destruantur et soli sunt
ulterio deprehensam petentes lapidari — pleni peccatis
peccatum non haberent vel ac si blasphe-
mie homicidia periuria sacrilegia
rapine furta etc. nephanda que aliis vas
electionis laicus enumerat non essent
peccata mortalia et carnis opera ma-
nifesta quibus ipsi ad plantam pedis usque
ad verticem sunt repleti viri sanguinum
et dolosi pleni ypocrisi iusti ante
coram hominibus apparentes ut inquit
ut inquit Christus in c. Maledicti vestibus
eunt pellibus vestibus nova ingen- — Ysa lxiii — quod sunt excecati
tes quorum iusticie sicut pannus men-
struose Excecati in malicia sua ipsorum
id quod scriptum est Excecati cor populi — Ysa vi c.
huius et aures eius aggrava ut viden-
tes non videant et audientes non in-
telligant de ore suo sicut himus ut ipsi — Luce xix
sapientes indicant et condempnant domini
ipsi propter peccata multa et scelera for-
cia que inde et fures commiserunt
divinam predae et humana contra se
vocant iusticiam et vocant Itaque
ipsi tamquam gens sine consilio et pru-
dentia contra sanguine suum iudicant

Pu. 10 — fraudes eorum ut scriptum est quod animas
suas molliebantur dum filii peccata
presertim notoria que ipsimet palam
et publice impressime commiserant
ac in accessant non desinunt committere
flagitarant per illos ad quos perti-
neret destrui tum hoc id tempus
amplius ut corpus peccati destruatur.
Ad Romanos vi c — dignum ergo et iustum est ut iuxta
(quod iudicii dei vicissitudo malorum peccatis commissis)
ipsorum desiderium peccata ipsorum quibus
iram domini meruerunt appen-
Job vi c — dant. et iuxta veteris et nove legis
iusticiam eandem vicissitudinis men-
suram recipiant quam aliis intule-
runt ut scilicet etiam pro anima
oculum pro oculo dentem pro dente
Leuitici 24 — vulnus pro vulnere adustionem pro adu-
stione non inmerito compensaret ita
ut iuxta certissima veritatis suam
gladio perimant. qui gladium contra
fidem orthodoxam propria temeritate
acceperunt. de quibus non impertinenter
propheta predixerat. gladium evagi-
naverunt peccatores ut trucident rectos
corde ipse ergo intret in corda ipsorum
gladius in quam ille. quo dominus
per prophetam contra Amon vibrari
precepit in quibus. Quare mucro mucro eva-
ginate ad occidendum limate ut
occidas et interficias omnes qui re-
perti fuerint de hac generacione pessi-
ma que non audivit vocem domi-
ni dei sui nec recepit disciplinam propter
quod periit fides et ablata est et
vastata est ut conqueritur Jeremias
in c. vastatus venisse iuxta verbum
prophete a malicia habitancium in ea.
proinde etiam ut dicit ecce ipse pre-
paravit laqueum sibi. sunt igitur propter
maliciam inhabitancium ad invenien-
dum eciam eos etc. Ita ut in quo pu-
blice et fortiter peccaverunt in eo
iusto iudicio potenter et famose
perimant / peccaverunt pro certo sicut in numero
(quod peccare non cessant ut dicentur peccare)
arene maris sed nec cessant ut
pareret peccare et in contra
dominum in cuius vnus ... ambula-
tis asserunt se esse participes
(de ypocrisi eorum) omnium timencium eum et custodien-
cium mandata sua qui verius

ut ab opere cognoscat pastorem
incedunt in via impiorum tenebrosa — Pu. iiii
que est et erit scandalum ipsis quam
complacentes sibi in ore suo plenum
ypocrisi ut predictum est loquentes mendacium
precepta et vias Christi verbis pre-
dicant que opera pro veritate palam — Ioh. iiii
impugnant quod opere liquide — (quod sicut opera ex operibus Christi et apostolorum)
cognoscitur. Nam sicut Christus verus
messias suos discipulos ad predican-
dum mittens docebat Mathei x.
Nequaquam nichil tuleritis in via ne-
que virgam neque peram neque duas
tunicas habeatis. Sic et antixpi
perverso rerum ordine istos nostris
diebus pseudo premittens apostolos
non vacuos sed peccuniam habentes
impedicionem necnon auro et argen-
tum de templo domini sicut in diebus
Antiochi acceptum habentes virgas — Pu. xxi
sarcas in auribus et capitibus cum
gladiis et fustibus hoc modo populum
predicant ut quos verbis necdum
et peccunia cui teste Sapientis xi [illegible]
minut omnia causa vitalis non pre-
sumat / hos ut premissum est pingue-
et aquam audacter cogunt ad
suam apostatare perfidiam et cor-
des. Porro sicut per manus apostolorum
fiebant signa et prodigia in plebe
per que ipsi in exordio nascentis ecclesie — Actuum vi c
amicos et domesticos dei ... voca-
bant. Sic isti ydolatre in fine sec-
culi ... per manus sacrilegas
et plenas sanguine sanctos biblia
... et amici anti xpi non in- — (de signis eorum)
merito sunt effecti. Quod nec specialis
... clarius convincitur. Nam dum
ipsa veritas Christus Jhesus ad predican-
dum Euangelium et ad baptizandum gen-
tes suos et in orbem vniversum mitte-
ret apostolos volens certis signorum
indiciis vere credentes a falsis dis- — Mar. vlt.
cernere Signa inquit eos qui credi-
derint hec sequentur in nomine meo
demonia eicient linguis loquentur
novis. Et quod sequitur ad complementum
hinc etiam ipsi apostoli iuxta preceptum

Joh. iii c. Domini egressi evangelizabant
et curabant undique ipsos in aqua et
spiritu baptizabant. Isti vero impii et
crudeles sathane discipuli filios ad
operacionis iam diu renatos in fonte
baptismatis ad sue dampnacionis
apostasie coherentes in fama a-
lios flammis impetu submergentes
alios flammis seu ignis perimunt
flagoribus crebis in vorem effusione
sanguinis interimunt ac si gentiles
Actuum viii c. essent et ut inquit apostolus in christo
baptizati non fuissent. Item veri apostoli
recepta a domino potestate in nomine
suo eiciebant demonia. Isti e contra
licencia impetrata diabolo in Beelze-
bub principe demoniorum illis quos
Luce vi. decepit mittunt demonia dum sub
specie sanctitatis perversis doctrinis et opi-
nionibus solacialibus decordibus fidelium
eiciunt ipsos in laqueum dyaboli et
indisciplinata multa in magentes et
cerda hominum imitacionum et predicacionum
perdulaces simonie et heresiarches
sedu... Itaque dyabolica satan
tes contagia solum demum verbis
et non operibus hunc non inepte si
Act. ii querit quomodo vere credentes lin-
guis loquitur novis quod tunc dum
complerentur dies penthecostes in
apostolis ac ceteris fidelibus contin-
Deutro. xxxii gebat. Isti vero in credulis novi re-
centesque eorum quos non coluerunt
patres eorum artifices acuentes
linguam suam sicut serpentes
habentes venenum aspidum sub la-
biis nova et inaudita fabricantes
Ro. i. mendacia veritatem dei ut dicit
doctor egregius in mendacium
mutaverunt quibus non indigne
prophecia improbat inquiens Hii se-
ductores falsiloqui extenderunt
linguam suam sicut arcum men-
Psalmus xi dacii. Dicentes linguam nostram ma-
gnificabimus labia nostra quis nos-
ter dominus est. Non est cura nobis et si

esset quid facies nobis. Seducunt Jeremie xxiii
itaque populum meum magniloqua lingua
in mendacio et miraculis suis cum
ego non miserim eos. Et sequitur:
Serpentes tollent pariquos spiritua-
les detractores deo odibiles ac fidei
suggillatores designantur. Hii ergo
toxicata persuasores non tollunt sed
immittunt in populum domini serpentes
ignitos ad quorum plagas ut vetus
narrat hystoria mortes plurimorum Numeri xxi.
sunt secute. Ipsi quippe sunt illi ser-
pentes pessimi quibus ut scriptum est
non est incantacio, furor eorum ipsis Deutro. viii
sicut aspidis surde et que sequitur in
psalmo. Et iuxta verbum Job sicut in-
biles scorpiones et serpens flatu
adversus inficiunt homines sic isti
in suum pro virulento fidem qua
tum in eis est intoxicat ortho-
doxarum apte stringit ut hii
si quid mortiferum desertibus ipsorum
biberint bibent iuxta verbum Jeremie
li c. calicem ire domini usque ad feces in
quo est ignis sulphur spiritus fel draco-
num et venenum aspidum insana-
bile. Inmiscuit enim eis dominus in ca-
lice Babilonis que nunc concorat
spiritum vertiginis quo ipsi potores bi-
bentes inebriati turbati et moti
sunt sicut ebrius et omnis sapiencia
ipsorum devorata est. Bibunt enim ut
dicit Ezechiel sanguinem inebriante
Ebrii igitur facti sunt non vino
ut alibi scribitur sed vino ire dei Jeremie li c.
et indignacionis. Sic ergo bibentes
non illum calicem qui preclarus est
sed calicem furoris domini inimici dei
facti sunt unde si super egros spiritu-
ales manus imponant sacrilegas non be-
nedicunt. Non enim credunt quod sa-
cerdotalis manus imposicio per sum-
mum peccatorum absolucionis designa-
tur sic nec auricularis confessio in ali-
quo casu debet esse necessaria ad salutem

hys et alys in finibus orbis falla-
cibus fidem orthodoxam quanta sit
ipsorum malicia in sicut opibus de
destruendis et scandalorum proximos de-
cipiunt et occidunt et hys non ob-
stantibus voluit viri ewangelici
(conclamacio contra hereticos) appellari o inauditam stulticiam ac
cunctis stupendam heu nimis populi ce-
citatem quis queso audiet et non
stupescet heu dedicacio pharaonice
obstinacie sentina que non modo
sicut et pharao populum christi sacrificare
non permittit ymo ipsum christum verum
sacrificium persequitur dominum scilicet veram
lucem ewangelicam que illuminat
omnem hominem et contendit optimum
genere precepta quoque decalogi plurimorum
gentes qui deum ignorant teme-
ritate qui pretera vitam illorum pa-
tenter estimant insaniam corpora
Sap. v° inter filios dei computantes Tu
(conclamacio ad deum pro vindicta) ergo iuste iudex fortis et paciens
qui indicas equitate qui non dor-
mitare nec dormitare custodiens israel
conspicue cas dormientes tamquam
fortis crapulatus a vino et sicud
dormiens in medio mari et vel
sopitus gubernator amisso clavo
usquequo te dormiente impune
inimici et adversarius irritabit
nomen tuum eternaliter non respicias
super iniqua agentes et taces de-
vorantibus me impiis respicias
contemptores meos et taces Quare
ostendidisti michi iniquitatem et labo-
rem video predam et iniusticiam
contra me vides quod laceratur lex tua
Abacuk j° quia impii prevalent adversus
iustos numquid bonum tibi videtur
ut ita sinas opprimi opus manuum
tuarum et consilium impiorum dissimu-
(conclamacio quasi dormientem) lando adiuves Exurge igitur
quare obdormis domine Exurge
et eripe me de inimicis meis deus
meus et ab insurgentibus libera
me et quod factum impius usque ad finem
Admirans igitur vos vates et prophete
tamquam testes obprobriorum meorum

quae ab insipientibus sustineo ut
suscitetis et vigilare faciatis di- Cap.
lectum meum qui dormit addicien-
tes ut expurgat surgat et intu-
dat iudicium apprehendat arma et
scutum et exurgat in adiutorium
et cum non sit qui adiutor nec
deffensor Exurge igitur psalterium
cum cithara exurge diluculo Excita (Et oblivisceris)
ta potenciam tuam dic deo quare
oblitus es mei dum affligit me
inimicus nostro quod exurgat deus
et dissipentur inimici eius et qui ibi
sequuntur Effunde igitur frameam
et concludas adversus eos qui persequun-
tur me Accinge ergo gladio tuo
super femur tuum potentissime Precipi-
ta divide linguas eorum quas
acuerunt sicut serpentes et malignis
loquentes contra me facientes iniqui-
tatem et contradiccionem in civitate con-
fidentes in virtute sua et in multi-
(conclamacio ad deum) tudine diviciarum suarum gloriantes ut quid
deus repulisti in finem iratus
est furor tuus super oves pascue
tue et quod in eodem psalmo sequitur
ad propositum ne sileas igitur neque com-
pescaris deus quia libera me a persequen-
tibus me qui confirmati sunt super
me fulgura choruscacionem et dissi-
pabis eos eruens me de manu
filiorum alienorum quorum os locutum
est vanitatem adversus te dominum
et adversus christum tuum locuti sunt
lingwa dolosa contra te dominum dere-
linquentes os suum in celum et lin-
(conclamacio ad reges et principes terre) gwa eorum transiit in terra Reges igitur
terre et omnes populi principes et omnes
iudices terre qui hostibus gladios an-
cipites in manibus suis exaltari volens
cum sanctis eius in gloria consurgite ad
faciendum vindictam in nacionibus ad
increpaciones in populis delinquentibus
legem domini per hoc est gloria (De pace et vnyo. Fid. ...)
principis eius Sed et in ymnia exalta
votum tuam et amicitia illos hunc
scelera eorum et domini ipsorum peccata eorum

[margin: qualiter ciuitas cruenta est] Quam igitur retribucionem habituri sunt
quorum manus plene sanguine labia
mendacio qui conceperunt laborem pepe-
rerunt iniquitatem et hec illis sequitur
in contricio vastitas igitur inquit ysaias
[margin: propheta clamat et peccatores confitentur] et contricio in vijs eorum propterea propheta in con-
fusione non tacebunt dicentes Elon-
gatum est a nobis iudicium et non
apprehendet nos iusticia palpauimus
inquiunt sicut ceci parietem et quasi
absque oculis attractauimus Expec-
[margin: Ysayas] tauimus iudicium et non est salutem
et elongata est a nobis Multiplica-
te sunt iniquitates nostre coram te et
peccata nostra responderunt nobis quia scelera
nostra multa et iniquitates nostras co-
gnouimus peccare et mentiri contra
dominum et auersi sumus ut iremus
post tergum domini nostri ut loqueremur
calumpniam et transgressionem concep-
imus et locuti sumus de corde verba
mendacij et conuersi sumus retro
Iudicium et iusticia longe stetit
a nobis quia corruit in plateis ve-
ritas et qui recessit a malo preda pa-
tuit propterea quod audite verbum domini
viri illusores inquit ysaias xxx in c.
qui federis cum morte pactum cum
[margin: imprecatio de cis] inferno pepigistis Ve vobis qui p
datis nomine et ipsi depredamini quia
indignacio super eos et furor eius
[margin: ysaias] super omnem maliciam eorum et interfi-
ciet eos et quod sequitur in textu Ve igitur
imprecatur ysaias viris sanguinum
qui sanguinem innocentum effuderunt
preuaricantes cum preuaricatores sunt
preuaricati transgressorum preuaricati
sunt Attrita est ciuitas vanita-
tis relicta est in urbe solitudo et
calamitas opprimet portas circumda-
bunt et circumdabit eam inimi-
cus vallo et coangustabunt eam
vndique iuxta verbum veritatis sic
[margin: de planctu corporum prophetarum] in ciuitate preuaricatrice legitur ad-
impletum Quod et tu videns Iere-
mia qui plorans desolacionem eius-
dem ciuitatis et contricionem populi
Iherusalem lamentabiliter deplorabas

Quicquid super hac terribili contricione
populi mei lacrimas continebis Quis
igitur dabit capiti meo aquam et
oculis meis fontem lacrimarum et plo-
rabo cum Ieremia die ac nocte inter-
fectos filie populi mei Quis dabit
me in solitudine diuersorium viatorum
et derelinquam populum meum et recedam
ab eis quia omnes adulteri sunt
et cetus preuaricatorum extenderunt lin- Ieremias
guam suam quasi arcum mendacij et non
veritatis confortati in terra quia de ma-
lo in malum egressi sunt et me non
cognouerunt vnusquisque se a proximo ysaias ix
suo custodiat et in omni fratre suo
non habeat fiduciam docuit linguam
suam loqui mendacium ut inique a-
gerent Propterea hec dicit dominus Ecce
ego conflabo et probabo eos Numquid
super hijs non visitabo aut in gen-
te huiusmodi non vlciscetur anima mea
Vocate igitur lamentatrices et oculi
vestri deducant lacrimas dicentes
Vobis reuertentibus quo vastati sumus
et confusi vehementer Audite et
vos mulieres verbum domini docete fili-
as vestras lamentum et vnaquaque
proximam suam planctum quia ascen-
dit mors per fenestras vestras In-
gressa est domus vestras disperdere
paruulos Audi igitur populus stulte
qui non habes cor Negastis eum dominum
dicentes sicut illi de quibus scriptum Job xl j c
est Non est potestas super terram que
comparetur nobis sic facti sumus ut
nullum timeamus hec ergo dicit
dominus quia locuti estis hoc verbum
Ecce ego adducam super vos gentem
antiquam cuius ignorabis linguam
nec intelligetis quid loquatur et
comedent segetes vestras et panem
vestrum deuorabunt Et conterent vr-
bes munitas in quibus habetis fiduci-
am propterea plangite et vlulate quia
non est auersa ira furoris domini
a nobis et quod ibidem sequitur in
propheta Sed et Ezechiel propheta sue
de visionis qui terra plena est iudicio

Ezechiel. Sanguinum et Civitas plena iniqui-
tate. Cum igitur faciam inquit
Ezechiel prophetiam contra angustia
superveniente requirent pacem et
non erit. Conturbatio super conturbationem
veniet etc. Secundum viam ipsorum faciam
ipsis et secundum iudicia eorum iudica-
bo eos. Hec dicit dominus Civitas effun-
dens sanguinem in medio sui ut ve-
niat tempus eius. Propterea dedi eam in
obprobrium gentibus et irrisionem
universis terris que iuxta eam
sunt a te triumphabunt de te sordida
nobilis grandis interitu. Ecce prin-
cipes Israel singuli in brachio suo fuerunt in
te ad effundendum sanguinem. Patrem
et matrem contumeliis affecerunt
in te. Sanctuaria mea sprevisti. Sab-
bata polluisti. Viri detractores fuerunt
in te ad effundendum sanguinem et
super montes comederunt. Scelus
operati sunt in medio tui et quod sequitur
ibidem. Propterea effudi indignationem
meam etc. et viam eorum in caput eorum
reddidi et tradam eos in manus
Eze. xxii — eorum quos odisti etc. Et irritabo
cor populorum multorum cum contriverim
in dispersione in gentibus propter univer-
sas iniquitates quas operati sunt
et quia inquit Osee x° Arastis
impietatem iniquitatem messuistis
comedistis fructum mendacii propterea
quod consurget tumultus in populo
et munitiones eorum vastabuntur.
Proclamacio contra pastores propter quorum dormiciones et dissolucionem [illegible] processerunt — Sicut vastatus est Salmana etc. Sed
propter quod adventus prophetas clama-
bo pastoribus meis dormientibus
Jone i° — propter quos orta est hec tempestas,
qui vigilare debuerant super gre-
gem suum quem lupi rapaces in ves-
timentis ovium venientes ipsis vide-
Math. vii° — ntibus et tacentibus lacerant et dis-
perserunt. Canes muti inquit Ysa-
ias l vi non valentes latrare spe-
culatores ceci adipes optaverunt cum
eos avaricia ut videntes lupum ve-
nientem non videant. Quarto

et audientes clamorem oppressorum
non audiant propterea quod ignoraverunt
intelligentiam, declinaverunt in avari-
ciam. Pascebant principes lac
comedebatis inquit Ezechiel 33°
et lanis operiebamini et quod sequitur.
Usquequo piger dormies usque in tempus — Prov. vi
Ysa. l c — doloribus dormietis. Propterea vobis
dictum est et dicit: Ve pastoribus
qui dormiunt in lectis eburneis qui
dormitare nec dormire debuerant
sed vigilare et sicut fortes arma- — Luc. xi
tus stare ad postes hostium omnibus diebus.
Propterea quod inquit vates dispersi sunt
oves mee et facte in devorationem
omnium bestiarum terre. Requiram gregem
meum de manibus eorum et liberabo
oves meas de locis in quibus disperse
fuerant. Pastorum autem torporem et
negligentias dum tempus acceperit
pastor pastorum districtius iudicabit,
arguet et statuet contra faciem.
Verum oves luporum dentibus lacera-
tas peioribus non modo [illegible] sed
constanciam quod et etiam ponere debu-
istis in [illegible] testimonium veritatis, quod — Ps. xc
quia noluistis intelligere ut bene
ageretis non obstantibus principiis [illegible] — Ezech. xxxiii
[illegible] vos dum in quia [illegible]
capitis viliter opponentes sed po-
tius dissimulantes ac si nichil
ad vos pertinuisset de omnibus propterea.
Vos igitur [illegible] hoc obprobrium
et dominus posuit in me iniquitatem — Ysa. liii
[illegible] cum tamen neque iniquitas
mea neque peccatum meum sed vestra dispo-
sitio et exempla perniciosa et in-
disciplina [illegible] in [illegible]
super me. Et quia [illegible] vobis — [illegible]
videbatur autem hoc surgere et vigilare
state state in fide et viriliter agite
surgite postquam sederitis qui — Ps. cxxvi
manducatis panem doloris vos qui
[illegible] comeditis et qui [illegible]
[illegible] bibetis vinum in dulcedine
bibite nunc vinum cum felle mixtum
et aquam lacrimarum in mensura.

Surgite inquam et cum Jeremia
iiij c. plangite et ululate pasto-
res clamate et aspergite vos
cinere fletu planctu Adadremon
et luctu Rachel inconsolabili con- Zach. xij
tritionem populi mei et eam tribula-
tionem que vobis iminet deplo-
rate flete mecum non super me
sed super vos et super filios vestros Luc. xxiij c.
quos quia relinquere videntes sce-
lera eorum digna animadversione non I Reg. iij c.
curastis corrigere et vos ipsi incras-
sati impinguati dilatati [illegible] Deut. xxxij
cervicibus jugum domini suave et one-
ris leve abiecistis non est auersa
a vobis ira domini Et [illegible]
critis a vijs vestris in lege domini
ambulantibus gladium suum vibravit
arcum tetendit in quo parauit vasa
mortis in dignacionibus domini quare
quam sacerdotes et leuite conservabant
flentes cum Jeremia iiij c. et dicentes
Heu heu domine deus ergone de-
cepisti populum istum dicens pax erit
vobis et ecce peruenit gladius us-
que ad animam Si infirmus apparuit
aliquam curam sine ullo timore luc-
tum unigeniti facite vobis pa- Amos viij
ditus est grex propterea pastores decre-
peruenit enim propterquod confusa sum Contra pastores insolentes
ego mater vestra que vos genui
vos quia egenos [illegible] depulistis
et desolatore exigens pauperes cum
principibus populi mei collocaui cum qui-
bus solium glorie tenentes et de-
clinantes ut inquit Jeremias ambu-
lantes laudastis eos in desiderijs
anime sue dicentes Euge euge
bibite vinum et comedite pinguia
Separate in domino qui omnes hostes
vestros salvos fecit subiugate terram
et pascimini in diuitijs eius et sic
modo comedentes et bibentes cum
ipsis vinum in dulcedine facientes
diuicias diuitis itaque facti estis Job xx
non in omni verbo et scientia sed tenuit I Cor. i c.
doctor Egregius sed ut auro et

argento affluentes [illegible] purpura- Contra auariciam prelatorum
ria plena [illegible] quia hoc in
illud vocati estis nomina vestra in terris
et ut ostendam vos quibus hec sunt sa-
diuicie quas qui appetunt inci-
dunt in varias temptaciones quas
etiam petentes et habundantes in secu-
lo conpacuntur possidere Scientes enim
diligentes quod auaro nichil est Ecc. x
scelestius et nichil iniquius quam
amare pecuniam Radix enim omnium I Thi. vi c.
malorum est cupiditas qua quidem
hij vitabant pastores appetentes errauerunt
a fide et inseruerunt se doloribus
multis et [illegible] laqueos dyabo-
li inciderunt quos etiam pedibus vestris
parauerunt Expergiscimini igitur et ad Exclamatio ad pastores ut thesauros suos expo-
instar villici iniquitatis facite nat ad recipiendum eos
vobis amicos pacientes et perden-
tes ut scriptum est pecuniam non tam
propter fratres et proximos vestros qui sa-
nituti Babilonice mancipantur sed
propter domum domini dei vestri que apre- Ezec. 29
de spolia heretice seruitute contaminat
quam fratres singulares sacre ancil-
le depascunt et distaminare non cessat
attendite et cauete ne aurum quod
habet eciam impius miles diripiat
quod quidem pietati et necessitatibus
pauperum non parum legitur deputata
Enim non ignoratis historiam
quantum auri et argenti de templo
domini Assirij peciis eorum congenti-
bus abstulerunt videte ne vobis
propter vestra demerita sic quod contin-
gat Expergiscite igitur et expergis- Auarus adversus Christianos
cimini ac pulueem corporis decoribus
excutite strenuis simul ad expugnandas
has gentes apostaticas et
fidei nostre virulentas inimicos Nolite
timere obprobrium et blasfemias
eorum non timeatis Jsaye l. i. Con-
surgite induite vos fortitudine
sicut in diebus antiquis contra
Amalechitas Moyses et Aaron pro
lia domini pugnaturi attendat Exo. xvij
sicut Mathatie zelus vestri qui s[ic]

tam miserie et tenebrarum ubi nullus

ordo sed sempiternus horror habitat
Job x. Elegit eciam dominus quingentos viros
imperteritos et fideles, qui sua genua
numquam curuarunt coram Baal, et
adhuc alios omni fecit perstantes eis ma-
gnitudine et fiducia et paciencia et perseue-
pacia rancia. Paciencia quippe que tercia pars est
fortitudinis super passiones tollerat
persecuciones, non mutatur flagellis,
non prouocatur iniuriis, sed inimicas equa-
nimiter portat, et mirantur amat,
que sine armis pugnat, sine gladio
vincat, sine sanguine triumphat, et
hec pendent mille clipei et omnis ar-
matura fortium Cant. iiii. Hec fortitudo
in multis climatibus mundi elanguit, et
in quibus penitus est sublata. Nam excitat
et inuidia, inflamatur cupiditas, aberrant
consilia et effrenatur impaciencia propter super-
borum iurgia, propter cupidorum litigia, propter
detractorum murmur conspiratores, propter sessionem nam
domesticos abstulit dominus ab eis validum
et fortem virum bellatorem iudicem et pro-
phetam et principem honorabilem, vultu sapientem
et architectum, et principem super quinquaginta.
perseuerancia Perseuerancia autem que est quarta pars
fortitudinis data Christi pugilibus vere, que
terminat pugnam, reddit coronam, qua sublata
tollat nec opus mercedem, nec obsequium
laudem habere potest, certum non is qui incipit
sed qui perseuerauit saluus erit. Verum eciam
quamuis nec stare potest in acie tamquam magna-
nimus, nec bellare tamquam de victoria fidens
nec terminare pugnam tamquam paciens, nec
triumpho potiri tamquam perseuerans, ut
retinuit priorum usuram, nisi diuino
regimine eo quod de celo venit victoria
regulet, volentes nam licenciando con-
surgere contra hereticos et tyrannos quadrupedes
necesse est deo per amorem cumque, quod
vtique sperandum est verisimile quod faciet. Nam
adeo venit id quod sapiens corde est et
fortis, que fuerunt verba etc.

In quibus verbis considero quantum ad nunc
promouendum speculacionem humanarum rerum
et celestium radiosam, cum dicitur Sapiens corde.
Vbi enim scriptura ibi non regnat petiuia Eccli.
xxxvii. Secundo considero exercitacionem actuum
suorum laudabilium copiosam operosam, cum
nec astruitur sapiens sed et fortis in
bello Eccli. xlvi. Cum quam speculando
nomine scripturarum mistica, sapiens corde
est eo quod beatus Jere. xxii. qua non ad
inclinauit cor suum non inclinatur ad lenocinia
seu lenia sed grauia. Secundum est tamquam leo
fortis Eccli. xlvi. propter eminentem quippe
sciam et eius saporem sapiens corde est.
Tulit enim arma aurea ii. Reg. viii.
propter laborem vero suorum actuum in hac vrbe
factorum solidam consciencia est fortis. Nam
ipse eciam cum leonibus lusit Eccli. xlvii.
quippe et si non propter quem amorem
nimium hec propter vinum ingenium cum meta
bene studendi diligencia sufficiat ad docto-
randum quinquennium xvi. q. i. Sic vine
vbi de hoc industria eius supplet quod
lxxxiiii. di. vnusquisque. Et quia non sufficit
in scolis diu fuisse, sed bene studuisse
et laudabiliter vixisse inquirendum est
xii. q. ii. sed clericos. Ponendus est ad nunc
firmamentum, quia sapiens corde.
Dixi primo quod in verbis premissis quantum ad
nunc promouendum considero speculacionem
humanarum rerum et diuinarum radiosam
cum dicitur Sapiens corde est. Sciuit enim quo
ordine, quo fine, quo studio queuis nosse
oporteat, quo ordine ut illud prius quod
maturius ad salutem, quo studio ut
illud ardencius quod vehemencius promo-
uet ad amorem, quo fine, ut non ad
inanem gloriam aut curiositatem vel aliquid
simile, sed ad suam et ad aliorum edificacionem
et perfectam laudem dei. Sapiencia quippe
que consistit in cognicione rerum siue
diuinarum siue humanarum est ad finem
debitum vltimum et optimum dirigenda.
Aliorum habens noticia inflat non edificat.
i. Cor. viii.

Et vt ait Hugo super Cant. omelia x
xxvj. Sicut cibus indigestus qui non
est decoctus generat malos humores et
corrumpit corpus, si vero digestus fuerit
nutrit. Sic scientia igne caritatis non decocta
malos humores generat qui sunt mores
1 mali secundum ipsum. Secundo patet quia inflati de
scientia non habent veram sapientiam. inflatio
enim deiciat et extollit. timor vero dei
inflat obnubilat. Et ob hoc, ut dicitur, similis
est Greg. xviij mora. Quisquis enim
dum se esse sapientem carnaliter appetit,
stultum se ad spiritualia ostendit. Ubi igitur est
vera sapientia, ibi rectus est usus ellationis, ubi
fructus bonus, et huius est mentem recte
dicit Greg. x^mo mora. Sapientia credendi
iusti simplicitatis, nichil per ostentationem
fingere, sed sensum verbis aperire, vera ut
sunt diligere, falsa devitare, bona gratis
exhibere, mala libentius tollerare
quam facere, nullam ultionem iniurie habere,
pro veritate contumeliam lucrum putare.
Hec secundum Aug. li. primo contra Achademicos
est recta via ducens ad veritatem. Et in eodem
de regimine vite humane vt ait idem li. primo
de libero arbitrio. Ex quo sequitur illum
2 esse enim sapientem, qui in regno mentis sine
appetitus sensualis fecit sibi subiugale.
Tercio sapiens est cum res sapiunt prout
sunt et qui res sic diligit prout sunt
diligende. spiritualis enim homo iudicat
omnia. i Cor. ij. Per hanc sapientes do-
ctores sunt contra hostes armandi.
Nam secundum Cris. super Math. omelia pa
Arma milicie Christi non sunt ex ferro et ere
constructa, sed ex veritate iusticie fide et sapientia.
Hec autem scientia sive sapientia vera recte vivere
et omnia opera in solum deum ordinare, di-
vinitatis et humanitatis res modo possibili
cognoscere. Talis enim qui sic sapit sapi-
ens corde est.

Dixi secundo quod in viris premissis consideratio
constitutionis ad virum promovendum ex ratione

Actum laudabilem oportunum, tunc vero assequitur 2
sapiens corde et fortis. In hac enim sancta
universitate continuans studium, manens
docilis ingenio, attentus exercitio, benivolus
animo. attentus ad audiendum, docilis ad
intelligendum, benivolus ad audita reti-
nendum. Sic erat dispositus, vt non que incipiebant
per alios ingerebantur, audita facile perciperet
et accepta firmiter retineret. Ut laborem
exercicij continui nullum sensum extolleret,
ut per disciplinam laudabilem vires mores
ad scientiam componeret, nullam scientiam nullamque scri-
pturam vilem reputavit, a nemine discere
erubescens, et adeptam scientiam tenerent non
contempnens, non privatas et plateas, non
per mulierum cellulas velut stulti plurimi
vagis oculis, effreni lingwa petulanti
animo, vultu incomposito discurrens, non
per illicita desideria gradiens, sed vitam et
mores sub disciplina debita componens
sapiens est vere beatus factus et fortitudinem
est adeptus. Sicut enim quod principius et magister
est in artibus, quod etiam antiqui philosophi suos
discipulos mores bonos imbuere cum
omni diligentia pathagorici, prout refert
beatus Jeronimus epistola xxxiiij de Socrate
quod universam philosophiam verterunt ad
mores componendos. Et de eis loquitur
Seneca epistola lxxxiiij et Aug. viij
de Civitate dei c. iij. ubi ait quod Socrates
universam philosophiam ad corrigendos et
componendos mores flexisse memoratur.
et ob hoc magnam esse ignominiam
studenti precepta et regulas philosophie audi-
enti et virtutis si fieret gentilibus in
moribus posterior. Dominus autem vir-
tutem ingenio coetaneos precedebat,
non tamen consideratio de acumine ingenii
nec de subtilitate scientiarum, nec de se-
dulitate studij, sed potius de bonitate
et largitate dei, et presertim etiam oraculo
ac humilitate cordis intimi et quia
ubi humilitas ibi sapientia sequitur.

Cassianus in collacionibus patrum quem dicit
Monachum cupientem ad scripturarum
noticiam pertingere, nequaquam debere laborem
suum erga commentatorum libros expendere
sed omnem industriam mentis et intencionem
cordis erga emendacionem viciorum carnalium
detinere, quibus expulsis oculi cordis vela-
to velamine passionum scripturarum sacra-
menta contemplantur. hec ille. intuetur
mirabilia que est sapiencia pietatis, temperancia
compositus, fortitudine munitus, iusti-
cia vallatus, cum sciencia quod moribus fulciatur
et de hiis ac aliis virtutibus ex actibus pu-
blicis comendatus, et ingenue quadam
solerti consideracione quando opus fuerit
mores suos emendat arguit premunit pre-
mensurans quod liceat quod deceat et quid
expediat, deo et voti reddere et magne
In congregacione enim sine societate vivit
ordinabiliter socialiter et humiliter. Ordina-
biliter quando vixit cavet sibi a vicio et
proximo a scandalo, socialiter vivit affa-
bilem et benignum se exhibens infir-
mitates fratrum supportans non solum
pacienter sed etiam libenter. humiliter instruc-
tus vivit [illegible] ut esset omnibus [illegible] et per
clarendo [illegible] ne lucerna [illegible] po-
natur sub modio sed super candelabrum
ut omnes lucem valeant contemplari
rigoroso tradendus est examini ut
doctores videant an in eo psalterium
cum cythara concordet quem quasi igne
conflatorio probent et probatum quemlibet
sufficientem inveniunt doctorum collegio in-
dicunt ascribendum ut sit quasi unus ex
nobis operarius in vinea domini Sabaoth
retribucionis denarium una nobiscum
post hanc vitam pro nostris laboribus
in celestibus recepturus. Quod nobis
prestare dignetur Ihesus Christus.

Ad laudem omnipotentis dei et pro
recomendacione mei doctorandi ac con-
cludenda presenti sollempnitate verbum assump-
si quod scribitur Joh. primo Hic venit
in testimonium. Officium doctoris ecclesiastici
est ut doceat ut moneat ut placeat
ut ait beatus Augustinus li. de doctrina christiana li. iiii.
Unde nisi quis bene discat docere recte
non potest. Infirmum enim est cum fieri
magistrum quem nunquam sunt discipulus.
[illegible] de ministerio. Nec in magistrum
aut doctorem quis assumi debet quem
sciam discipulum non assumpsit. de elec-
tione [illegible] in magistrum. Sicut nisi quis
vita bona relucet ad bona ad bonum
exhortari non potest statim enim illud
apostoli sibi obiciat In quo alium iudi-
cas te ipsum condempnas. Et quia sicut
Jeronimus in li. de [illegible] Actus activorum est
in paciente bene predisposito xxxii q. ii
Moyses. Actus vero sciencie non fit passim
in quolibet [illegible] sed in eis virtutibus
picta et hoc quoad effectum. prout
Sapiens perscribit In malivolam animam
non intrabit spiritus sapiencie nec habitabit
in corpore subdito peccatis. Male nempe
doctores et magistri licet subtilia ex-
quirant alta dicunt, miranda docent
ascendunt usque ad celos et descendunt
usque ad abyssos. Anime enim ipsorum in malis
tabescunt. de luce loquuntur sed albugine
degustantes in oculis vitare videntur propter
curiositatem propter ambicionem propter avariciam
aut fastum videre non possunt. preterea nisi
quis integre status aut opinionis fuerit
eius doctrina vel testimonium non pla-
cebit. Est enim fama bona doctoribus
necessaria [illegible] in [illegible] sunt audiendi. Et
male fame testi non est fides adhiben-
da de proba. li. Ex quibus concludendo 3
elicitur [illegible] omnis doctor ecclesiasticus
debet esse sciencia luminosus, in doctrina
vidiens, fama et statu honestus

Secundo dico primo quod omnis doctor etiam
sit ad hoc quod sibi digniter testimonium det
esse scientia luminosus. Res enim monstruosa
est esse doctor cecus, doctor ignorans
atque indoctus, consiliarius et doctor
inceptus. Oportet secundo doctorem
esse discretum in silencio tamen in
verbis ne aut tacenda proferat aut pro-
ferenda reticescat. xl in di. Sit rector.
Oportet ut diligenter etiam ea que doceat
attendat ne si inordinate ad loquendum
rapitur errore vulnere audientium corda
feriantur ~~et cum fortasse~~ et cum forte
se sapientem se videri desiderat
unitatis unitis compagem insipienter
abscidat. Hinc veritas dicit in Marco
Salem habete in vobis; per salem
quippe verbi sapientia designatur; qui ergo
sapienter loqui nititur summopere me-
tuit ne eius eloquio audientium
voluntas confundatur. Oportet etiam
ut doctor neque ut pueri velox, sed
nec tarda quidem nimis et inordinate
te proferat quia sepe doctorum verbis
perdit, cum apud corda audientium
loquacitas inutilis opportunitatem le-
vigatur. Quamquam doctorem nonnumquam loquentem
imperat quod sermo auditoribus
admissum profectum ignorat. Hinc apostolus
dicens ad Thymotheum ii epistola doceat
sic ait Predica verbum insta opportune
importune premisit opportune
quia verbum apud auditores meretur ipse sua
incuria se destruit si hec importunitas
opportunitatem nescit. Hinc quedam
glosa super epistola ad Ephesios licet loquatur
de pastoribus, congruit tamen de doctoribus
per intelligi que sic ait Pastoris offi-
cium non est quod assumit quamvis sciens
sit nisi docere possit et hinc etc. quod
prius dicitur possunt verba in ore ipsius
et per ea consistunt eum super gentes

et regna dicens Ecce dedi verba mea
in ore tuo, ecce constitui te super gentes
et regna. Tercio per Platonem ut doctor per
liber discit et per ea ad placitum vel
kathedre fastigium anhelat ut sic fine
tempus tacendi quo discat et per ea
opportunitas loquendi in quo proficiat
vel doceat. Scientia quippe in quolibet
viro ecclesiastico et specialiter in doctore
est quasi gladius anceps penetrans
usque ad divisionem anime. Quartum sepius
delectantur in altis sedibus et in sceptris
in dignitatibus per placitumbus et per hec
discunt sapientiam ut lucere possint.
Que cum iuxta platonem sicut bene
erunt res publice si eas vel studiosi
regant vel eorum rectores fieri contigisset
Ac contra ve terre cuius Rex puer est
et cuius principes mane comedunt. Non
igitur participatur quis de sapientia vel
doctores. Vera beatitudo in mente illu-
stracionis consistit. Iuxta illud Sapientie viii
Non habet amaritudinem conversacio
illius et gaudium. Licet exemplum nec
tales non diligunt immo per proprium explanent
omnia ita statum sapientie interpretantes
in partem deteriorem vel in malam
quasi si doctor vel sapiens invenitur hu-
milis vocatur singularis et abiectus. Si
verus et zelans censetur superbus. Si
simplex putatur propter imperiti reverenciam
si doctus propter scientiam elevatur inflatus
si serenus videtur senex si immu-
nis dissimulatas attingunt si invidi-
osus creditur ut brutum despicitur si acer
et sapiens ut callidus putatur si dili-
gens in docendo superstitiose dicitur
si quandoque remissus negligens inducitur
si solers cupidus appellatur. Ecce isti
dicunt bonum malum et ponunt tenebras
lucem Contra illud ysa v. et xi q iii
Ve qui dicit bonum malum quod
non est a fidelibus faciendum. Sequitur enim
Sapientie viii Diligite lumen sapientie

dicit
Nesi omnis doctor ecclesiasticus qui
mores et opa condecant est amandus
tamquam secundum humilitatis
Dixi secundo quod omnis doctor ecclesiasticus
ad hoc quod faciat dignum testimonium debet
esse in doctrina viridis Oportet enim
quod in doctore sit vitas institucionis
vitas conversacionis vitas gubernacionis
et vitas informacionis vitas autem insti-
tucionis in doctore vel in prelato clarifi-
cat aliquem ex parte eligentium vel promo-
vencium quamquam ex parte electi quamquam ex
parte modi eligendi vitas vero conversacionis
requirit ut nomen eius re concordet ut sit
re sapiens et non tantum appareat aliquem ut
filius sepulcris dealbatis Math. xxiii De-
vitas autem gubernacionis requirit ut pascat
et non tantum pascatur ut edificet et non tantum
re primet Aliquem illud Ezech. xxxiiii con-
tingit Ve pastoribus Israel qui pa-
scebant semetipsos Vitas autem infor-
macionis requirit ut quos instruit
tamquam filios reputet et amet Unde
Ambrosius primo de officiis Non minus vos
diligo quos in evangelio genui quam
si coniugio genuissem Concordat quod notatur
xxx q. iiii Ponitur de cetero pla. quoniam
Et ea que scripsit b. Thomas secunda secunde q.
xxv ar. viii et ix Et hinc est quod
discipuli debent multum sicut amare do-
ctores et magistros dicit enim Aug. in li.
de kathechizandis rudibus Nulla est maior
provocacio ad amandum quam prevenire amando
Ex quo patet quod magis debet discipulus
doctorem suum diligere quam patrem
carnalem Unde legitur in li. de vita et
moribus philosophorum quod Aristoteles dice-
bat Honorabiliores esse eos qui
instruunt quam qui generant quia hii quidem
dant vivere illi vero bene vivere Preterea

in doctore et viro ecclesiastico debet esse
vitas cure vitas vite vitas iusticie et
vitas doctrine nec sufficit etiam si quod doctor
veritatem ... sed quod tamen sanctitate vite
sanctitate premineat non enim debet esse
inferior quo... a subditorum presentibus
decidendo et in melius declinando mo-
nimentum sicut legitur xxv quod perfectior est
aliis quo... Ut sicut superior est in
dignitate sic superior sit in sanctitate
Aliquem vilissimus est computandus
nisi precellat scientia et sanctitate qui est ho-
nore prestancior i. q. i vilissimus Unde
ysa. xl. scribitur Super montem excelsum
ascende tu qui evangelizas Syon
Ut vero ascendens digne possit exercere
actus tres ierarchicos actum purgativum
actum illuminativum et actum perfectivum et
tunc competenter potest ad hortari libidinosos
ad castitatem quia vox domini super aquas
Avaros ad strenuitatem quia vox domini
in virtute Cupidos ad liberalitatem quia
vox domini in magnificencia Timidos ad
humilitatem quia vox domini confringentis
cedros Impios ad humilitatem
et pietatem quia vox domini intercidentis flam-
mam ignis Sequaces ad operum fecun-
ditatem quia vox domini concucientis desertum
Tepidos ad cursus celeritatem quia
vox domini preparantis cervos Et sic revela-
bit condensa et in templo eius omnes
dicent gloriam Sed veniat qualiter doctor
qui debet esse in doctrina viridis vitate
libere predicabit Cum secundum Salustium virtus
odium pariat et secundum quod prouerbium
qui veritatem loquitur caput sibi confringit
Et ideo timent homines ne incurrant odium
diminuitur veritatem Hoc autem est intole-
rabile Qui enim vult cillam evadere
et incidit in caribdim quia ubi secun-
dum humanus admittitur Hodium dicit

Et utique tollerabilius est humanam
quam divinam ledere maiestatem. De
here. vigesimo. Ideoque despiciens omnis
doctor mendacium loquatur veritatem
ut primo ad Ephe. iiii. Certum loqui
veritatem est utile, loqui vero mendacium
est inutile et dyabolicum, eo quod ipsum genuit
pater mendacii dyabolus. Secundum hoc
est ymago dei. Unde Augustinus xiiii de tri-
nitate xv. Mens ymago dei est quae
eius capax est eiusque particeps
esse potest et ideo sicut in trinitate beata
pater proprium gignit verbum quod est veritas
ita mens humana illud verbum gignere
debet nisi verax. Ecclesiastici xxxiiii. Ante
omnia verbum verax precedat te. Propterea
quod sicut veritas est proles dei, ita men-
dacium et falsitas est proles dyaboli.
Si ergo homo relicta veritate filia dei
copulat sibi uxorem mendacium filiam
dyaboli turpiter degenerat et deum patrem
suum dehonorat. Ubi pensandum quod
de iure communi dispar cultus inter con-
trahentes impedit matrimonium contrahendum
et dirimit iam contractum. Et homo
omnisque creatura rationalis de iure
nihil habet nisi deum colere secundum Augustinum in libro Con-
dens homo in principio. Ad hoc enim
facta est ut deo fruendo esset beata.
Constat autem quod mendacium colit dya-
bolum sicut filia patrem et sequitur
patrem suum proles et ideo de iure
matrimonium tenere non debet et si de facto
teneat contingit sine dubio quod qui
accipit filiam a patre quam et dotem
accipere debet ab eodem. Dos vero quam
dat dyabolus cum filia sua est ignis.
Apocalipsis xxi. Omnibus mendacibus
pars eorum erit in stagno ignis.
Amplius de iure communi quod post contrac-
tum bona et peccata cum alia officia bigami

Et talis coram iudice si agatur contra
eum ad mortem, quantumcunque sit literatus
non evadet mortem eo quod inhabilis est
omni privilegio clericali. De bigamis c. unico
libro vi. Profecto similiter qui prius
contraxit cum veritate filia dei si postea
contrahat cum mendacio efficitur bigamus nec
potest evadere mortem in iudicio generali.
Ideoque noli velle mentiri. Ecclesiastici vii. Licet
nonnulli putantes se ingeniosos lo-
quuntur mendacium. Nam duplex est
opus sapientis, non mentiri et mentientem
posse manifestare. Primo Elencorum. Quod
omnem doctorem catholicum respicit
eo quod debet esse veridicus in doctrina
et hoc de secundo.
Dixi tertio quod omnis doctor ecclesiasticus
debet esse fama et statu honestus. Oportet
quemlibet doctorem attendere ut fama sua
sit honesta, ut nomen suum cum re concor-
det iuxta illud psalmi: Sicut nomen tuum sic
et laus tua in fines terre. Non dico cum
quidam nomen suum magnificant in virtute
servantes, quidam vero nomen suum am-
biciose magnificant ad ostentationem,
alii scandalose vilificant in detestationem,
reliqui vero virtuose dignificant ad edi-
ficationem. Primi nomen suum et famam excel-
lentem appetunt, secundi nomen suum negli-
genter assumunt, tertii quorum nomen suum
malitie venerantur, de quibus Ecclesiastici
xxii ... quarti qui in con-
templatione tenent hunc seculo presentem
pro omni quod agunt hinc mundo relinquere.
sui Si nomina mundana relinquere et comanent
alii bellorum tituli alii edificiorum me-
moriis alii doctrinarum secularium libris
insistentes elaborant, sibique memoriale
nomen edificant. Licet ipse quod memoria hominis
mundi cito transit quia quod scribitur
in pulvere evanescit. Sic filii Noe
post diluvium dicebat: celebremus

nomen meum antequam diluuium in uni
uersas terras et ceperunt edificare turrim cuius
culmen celum attingeret Sed quod ita
dicit volebant sibi nempe facere nomen
honoris et fecerunt nomen confusionis
unde vocatum est nomen Babel id est confusio
2 Gen xi De secundis qui nomen suum ne-
gligenter assumunt quia in canonica Jaco-
bi ii sic invenitur Ipsi blasphemant nomen
bonum quod invocatum est super vos scilicet
nomen christi Tunc quidem sunt omnes fornica-
tores notorii et alii peccatores discipli-
nam minime recipientes qui tenebris
agunt peccata verecundia illicita operantur
et qui effrenati sunt male vivendi
exempla prebere simul delinquunt et quod
scandalizando dei ecclesiam corrumpunt
Nam sicut bonum est tunc sit aliquis sal-
uatus et simile conformare se moribus
horum cum quibus conuersatur Et hinc est
quod qualis dominus talis famulus et econ-
uerso plurimum talis persimilitas tali domui
Et ve erit homini per quem scandalum venit
de rerum visit cum fratrem Quantum autem ad
3 honores alios patet de quibus illorum illud
Hester ix intelligitur Fama nominis eius
crescebat cottidie nec mirum quia in me-
moria eterna erit iustus et cetera quia
Apocalypsis iii scribitur ubi dicit dominus Non dele-
bo nomen eius de libro vite intelligitur
nomen iusti Cum concordat illud Ecclesiastici xv
Nomine eterno hereditabit illum Hinc est
quod vitae luce x ait Gaudete et exul-
tate quia nomina vestra scripta sunt in
celis Hinc igitur qui nomen suum maturius
venerari vitans sine sponsam in uxorem
iuueni desponsatur quam omnes honora-
re sunt desiderant per Matheum in persona
Et sapientie in persona bonum inquit
Hanc amaui et quesiui a iuventute
mea et michi sponsam assumere et amator
factus sum forme illius Et hec vitas

prochdolor nostris temporibus sic accessit quod
vix in terris invenitur quod venit propter
diuersitatem ydiomatum et linguarum et
varietatem regnorum Qui quippe cum galli-
ce loquitur gallicus estimatur et cum anglice
anglicus Sic namque arguebatur quod Petrus
quod esset galileus et christi discipulus Mathei
xxvi Vere tu galileus es Nam et loquela
tua manifestum te facit Duo siquidem
regna in hac vita sunt permixta Re-
gnum dei et regnum mundi christi regnum
et regnum diaboli que sicut distant le-
gibus ita in ydiomate non concordant
ydioma quippe regni dei est veritas me-
lius patet Domine in celo manet tua et
veritas tua usque ad nubes ydioma vero
mundi est mendacium et falsitas Osee iiii
Non est veritas non est misericordia non est scientia
dei in terra maledictum homicidium men-
dacium furtum et adulterium inundauerunt
Ergo patet quod sicut signum dampnacionis
est mendacium quod est ydioma diaboli
ita signum est salutis est veritas quod est
ydioma christi Cum ergo omnis doctor
ecclesiasticus ad hoc quod fiat dignum te-
stimonium debet esse in sua luminositate
in doctrina videlicet fama et statu ho-
nesto Prosit in doctorandis qui
est in sua luminositate quod opera arguunt
et ostendunt adeo venit vetustionem phi-
lberti de luce Sic cum arguit christus quos
Judeos ex operibus Si filii Abrahe estis
opera Abrahe facite Jo viii Et si
est in doctrina videlicet nullo innitatur
sine prudentie vel capiti sicut plerumque
imitatur sed suo sensui decretum patrum
anteponit nec consilium sapientum in publico
scripto arguto a sensu proprio et illius
lege habetur xxxviii di relatum Est fama
et status honestus nec mirum quia sacer-
dos sacris virtutibus decoratus Rationale
diuinorum cum qui est super humeros
eius designant firmitatem pacis alba
honestatem vite cingulum puritatem
continentie manipulum desiderium

vestes sacerdotales

celestis patrie Stola p(er)petuitudinem
obediencie Cappa amplitudinem cari-
tatis et diuine clemencie quibus sacris
simul et integralibus adornatus a deo
Johannes. Hic venit in testimonium et c(etera)
sicut verba in principio proposita
In quibus breuiter primo verbis huius licenciati
doctoris nouo aggregandi tria
conceduntur Primo propter sue fastigium dignitatis
propter vite munditiam Tercio propter virtutum cumu-
lum Primum [illegible] notatur in parole demon-
stratiua Hic quod sonat eminenciam dignitatis
sicut in scolis Christo dignitatis arguebatur
in verbis illis Hic est Jhesus propheta
a nazareth Math xxv Secundo ondi(tur)
in verbo certificatiuo venit ut non du-
bitetur qui venit indicat transitum scilicet
in p(ro)posito Tercio declaratur in voce cuius ac
finalis ostensiuo ordine Venit ad hoc
venit ut testimonium fidele p(er)hiberet per-
uenire. pro primo prout peryt est liber
sibi tradendus p(ro)pterea benedicendus pro
certo osculandus. propter sue fastigium
est sibi liber tradendus in testimonium sue
ignorancie eius sit a dignitatibus re-
pellendus iuxta illud apostoli Qui ignorat
ignorabitur xxxviii di(stinctio) quia ergo et Osee
Tu repulisti a te scienciam et ego te re-
pellam de verbo [illegible] xxx-
viii di(stinctio) Omnes psallentes in fi(ne) et hoc
ideo quia ignorancia scripturarum est
ignorancia Christi i ad Corinth(ios) Secundo propter
sibi est benedicendus ut fructum ferat
centesimum docendo que sunt vera
et virtuosis operibus exemplendo propter
eum multis annorum curriculis audiendo
et interrogando studendo et docendo aliter
venit ad fructum verba sicut plerique stu-
dentes in quibus decennio vix unus
flos sicut in amygdalis venit ad
fructum et quia non sufficit Jerlinus
nec dominus in scolis fuisse sed laudabiliter
studuisse inquirendo est xxi q ii gla(sa)
  Epi

propter tantum scilicet virtutum cumulum est
osculandus quia Johannes hic qui
interpretatur graciosus Accipe igitur dilecte licenciate
insignia doctoratus Et primo librum
doctorum primo clausum ut lectum in eo
meditando efficaciter aperias et toto
cordis affectu decreta sanctorum patrum
obseruet de scolibus ad scolas procedendo nec
sit adinstar magistrorum vel doctorum qui
nil aliud legunt quam littera continet et sicut
uno anno ita alio Lex quos in c(apitulo)
Cum ex eo de pe(nitentiis) et re(missionibus) in ecclesia Host(iensis)
Clausum namque librum trado tibi ut secreta
scripturarum non passim effundas xi q iii
cxiii euolat enim emissum semel irre-
vocabile verbum xliii di(stinctio) § fi(nali) Adhuc
accipe librum clausum ut hoc libro et
aliis non defendat impleri et iniustum
xi q iii Si quis Tandem accipe librum
doctorum apertum ut intendo p(ro)cedente
tue aliqua verba cum falsis nimia papita-
cione non confundas l. di(stinctio) Ponderet v
q v § fi(nali) xi q iii Cum apud quod est com-
munius carius quippe est doctor qui
aliquis de adulterina opinione scripturis
diuinis non miscetur rarior qui singula
congrue diuideret et ideo non sunt dispen-
satores veri sed dispensatores prodigi
qui et lauda improuide detegunt et
studiose quemcunque sine racione effundunt
unumque inebriant quod opus est lacte
refici de pe(nitentiis) et re(missionibus) deus qui solus cu-
riales ingenium ostende quam proximus
predesse Tercia autem tibi benedictionem
impenditam integralem anulo aureo te
subarro ut unilateraliter etiam quibusuis
occurrentibus casibus a iusticia deuia-
bitis sed velut aurum igne purgatum
tanto plus rutilet quanto maiores p(er)secu-
ciones propter iusticiam contingat te sufferre
Beati enim namque viri qui paciuntur p(er)secuciones
propter iusticiam quoniam ipsorum est regnum celorum
Subarratum itaque benedictionem patriarche
benedico Det tibi deus de rore celi

Et de pinguedine terre habundanciam
frumenti vini et olei. adorent te tribus
esto dominus fratrum tuorum. qui maledixerit
tibi sit ille maledictus. et qui benedixe-
rit tibi benedictionibus repleatur. Gen. xxvii
Postremo trado tibi osculum pacis
in signum indissolubilis amicicie
et caritatis. que in dei similitudine consistit
iuxta illud ps. Qui posuit fines tuos
pacem et adipe frumenti saciat te.
Ut sit etiam osculum dextera tua. tecum
credant se tua sapientia et oracionibus
communiri. iuxta illud xxviii di. duo sunt
Et mitto pacis tibi dicitur osculum
quia nomen tuum Iohannes quod interpretatur
gratia. pax est ostensum. Iudam est
utique tibi osculum vere amicicie non fal-
lacis. quod ab Augustino replicatur v q v non
omnis et cetera non osculatur. Non osculum
Iude proditoris sed fidei et pacis
Obsecro te tamen in domino ut digne ambu-
les in vocacione qua vocatus es cum
omni humilitate sine fide inflacionis sine
cordis dissensione. hec enim generant
diabolicam sedicionem infamiam commu-
nionis boni communis divisionem et ...
perdicionem. Immo ambules cum humilitate
non solum intimus soli deo placens sed
etiam exterius proximum edificans ut
sit cortina cortinam trahat et qui dicit
te audiat dicat veni. Sicque lucendo
tibi et aliis possis veri solis lumen
attingere. ut velut stella firmamenti
desigi in perpetua eternitate. Pax enim
tibi parum sufficeret nisi Christus qui est
pax vera verum et perpetuam pacem in ce-
lestibus condonaret. Quam nobis prestare
dignetur auctor pacis ipse dei filius
in secula et amplius benedictus
Amen.

Vir sapiens fortis est. Prov. xxiiii 111°
Continens ut liquescat oppertinens quondam
sapientiam necesse est. nam quia pre-
varicacionis nostre pena nos pepulit qui
in eam tenebram venimus ut nosmet
ipsos ignoremus penetramus sequimur mala
cadimus in devia incedimus in corpo-
rum latibula. nec hoc celerius de-
prehendimus penetrata aut erronea vel
a virtute seu iusticia penitus aliena.
Exclusa quippe anima a luce veri-
tatis in se nisi tenebras invenit et
plerumque in petri foveam pedem porrigit
et nescit. sicut enim homines male ...
tus ... sic in rebus corporeis ...
sa est. ut neque ad seruciendum redeat
neque enim qui invisibilis est et per
visibilia cognoscere cogitare sufficit
Unde carnales homines parvipendentes
sapienciam nec curantes ambulare per vias
prudencie et spiritualia contempnentes quia
deum corporali non vident quique adhuc
preveniunt ut etiam ipsum non esse suspicantur
unde scriptum est. dixit insipiens in corde
suo non est deus. Unde nunc quoque a malis
[illegible]
est omnipotens ut serviamus ei. Prosi
quippe homines per omne quod faciunt ad
finem oculorum tendunt. qui quia in deo
oculis corporis tendere non possunt. ei proberet
obsequia vel desinunt. vel si proberet
ceperint. tamen in fine fatigantur. Laborare
igitur totus debet esse aliorum. qui anhelant
ad sapientiam ... ut semetipsos in
hac vita inveniant. et invenientes per
actus sapiencie et iusticie efficiantur semper
que ad meliora per scalares gradus vir-
tutum condicenter fortiter perveniant. Quod
Salomon brevi sermone complectitur dicens
Vir sapiens est fortis. Et quia ut
per sapienciam nosmetipsos invenire va-
leamus. primo opus est ut ex corporalibus 3tia

exterioribus interiora et spiritualia colli
gamus. Secundo ut inter lucem et tenebras
id est opera que agenda que re
fugienda sunt distinguamus. Tercio ut in
spiritualibus nequiciis habentes luctam
et certamen a capiendo bravio more
insipiencium bellancium non cadamus.
Unde enim bellator plerumque vilis agit
quia vir prudenter eludit iacula. Quia
vir sapiens non cessat ut contra pugnat
quia vir sapiens fortis est.
Dixi primo quod ad hoc ut per sapienciam nos
metipsos invenire valeamus, oportet
ut quia corporalibus et exterioribus interiora
et spiritualia colligamus. Stulti enim hoc
quasi firma radice in terra figuntur
et ad hoc totis desideriis intendunt
desiderio ex visibilibus ad invisibilia ut
se inveniant non assurgunt. Unde et post
Cayn civitatem extruxisse dicitur
ut aperte monstraret quod ipse in terra fun
damentum posuit qui a soliditate super
ne patrie alienus fuit. Ymmo sic quod in
presenti vita quasi firma radice semet ipsum
attollere quod sic temporali prosperitate solidatur
ut omne quod appetat assequatur. Adversa
gaudet quippe quod nulla adversa susti
net. Letatur quod eos in infimos sine re
pugnacione prevaleat quod bona agentibus
ex auctoritate contradicit. Commoda tem
pora expetere semper actione studet ut
reperiat. Et sic unde viam vite deser
unde quoque cadens ab invisibilibus
per visibilia quasi felicior venit. Econtra
nimirum sapientes et iusti qui per visi
bilia ad invisibilia et spiritualia inten
ta meditacione consurgunt dum stultorum
gloriam sana mente aspiciunt que
reproborum gloriam procul sequatur atten
dunt. Et ideo alia intus cogitacione de
spiciunt. Quod stulti superbi fastu vano
intumescunt. Et licet intus in istorum

(margin: gloriae)

mentibus surrepent ut videntes re
proborum gloriam cuiusdam ~~doctorum~~ affec
tibus ut ad eam pervenire ~~desiderent~~
desiderent. Sicut tamen gloriosi quos sub
bito deiectos vel inspiciunt morti
os aspiciunt quod humana gloria nichil
sit persistens. Et sic quos reproborum elati
tamen sunt iusti quo se inveniant
et per eciam in melioribus persistant. Dicit
Gregorius 10 moralium: Mundi amatores
attendunt transitoria que perpinit
et interna negligunt bona permanencia
que perdunt, cumque amore temporalium fla
grant, vera bona eterna nolunt ignorant
tamen si studiose agnoscere quererent quam
flenda sint gaudia que appetunt
videntes. Sed cum meliora sunt contempnunt
sola sibi velut summa eligunt que
visibiliter oculis seductione fugaci illa
dunt visibilia sequentes se figunt
et tanto extrinsecus gaudent quanto
recordacionem intrinsecus non habent.
Iusti autem tamen corporis gaudere plerumque
tribulaciones ac ex rebus ipsis quas
superbiunt flagellantur et hoc hanc
delectacionem existimant quia et dura quas
exterius vite amore tollerant et tamen
affectu nimie cupiditatis obligati
laborem cuiusdam tollerancie volup
tatem putant. Hec ille. Et idem super
Ezechielem: Sic nunc nonnulli sunt ut in
hoc mundo aliquid esse videantur terrenis
laboribus insudant insistunt curis per
miseriam inquirunt et quamvis se se
corpore inter labores sentiunt amore tamen
terrenarum rerum devincti delectabiliter fa
tigantur. Et penam impositam subdit
semetipsos ab terrena deprimit
ut redeant vagante ut perveniant quamvis
se preciosa quiete putaverit hec ipse
certe ipsi non se inveniunt quia dum
per visibilia terrena queritur quos vesti
gia

(margin: Adversa)

ad contemplandum celestia vis ascendit
tanto a se inuicem remociores ex-
sistunt quanto magis rebus arduis
inmerguntur. Expedit ergo cunctis quatinus
veram sapienciam ut per exteriora ad in-
teriora et per temporalia ad spiritualia gra-
diendo fortiter ascendant nec vllatenus
cor in terrenis figant. absit enim a sapi-
ente ut cum consilium patriam
tenebras lucem continuo statim putet
Sed pocius hoc ipso quo cor ad eterna le-
uat quam breue sit quod sine cito clauditur
penset cuiusque solliciate perhennitatis infi-
nitatem aspiciat necnon vnum per ma-
gno habeat quamuis sinus angustat nec
a proficiendo per exteriora in interioribus
cesset ne forsan incidat in defectu
prelium vbi proficiendi deposuit affec-
tum et hinc apte congruunt verba
Sapientis quod vir sapiens fortis est
scilicet quod ad hoc ut per sapienciam
nosmetipsos munire valeamus opus
est ut inter lucem et tenebras spiritualiter
opera que agenda que ve fugienda
sunt distinguamus. Sepe enim vicia se me-
tiuntur esse virtutes et angelus sathane
nonnunquam se transfigurat in angelum
lucis de regula licet et xx iii q v
Ker mir. Sepe siquidem inmoderata
ira contendit apparere iusticia sepe dis-
soluta remissio vult videri misericordia aut
mansuetudo sepe inanitatis timor pre-
dicari cupit humilitas sepe effrenata
superbia fortitudo aut libertas appetit
apparere. Quo fit quod nonnullos hostis
antiquus sic illudit ut quorum vicia
esse virtutes confingit ad hoc sumen
ut ex inde quamuis quasi premia expectet
vnde etiam dignus est supplicia tormenta

Vnde Gregorius xxxii Moralium sic inquit
Sunt ~~nonnulla~~ nonnulla vicia que ordine
in se rectitudinis speciem quam prauitatis pretendunt
insinuatam Hostis enim nostri tanta est
malicia tanta se arte palliat ut plerum-
que ante deceptos mentis oculos culpas
virtutes fingat ut inde quisque quasi
expectet premia vnde dignus est inuenire
tormenta crudelitas agitur et iusticia
putatur atque immoderata ira iusti zeli
meritum creditur et pauor inpositum ple-
rumque dissoluta remissio mansuetudo
ac pietas habetur et dum quod decet de-
linquentibus temporaliter parcatur ad eterna sup-
plicia crudeliter reseruatur aliquando timor
incompetens humilitas creditur et cum
temporali fortitudine possit quisque a de-
fensione veritatis tacere arbitratur quod in-
dei ordine humilem se potentibus exhibet
aliquando vocis superbia veri libertas estimatur
et dum per elacionem veritati contradicit pecca-
tis virtutum defensio putatur sepe accidia
que agenda sunt inanita perpetrando
laudanti studio sermone creditur et cum
desideratum bonum intempestiua actione
corrumpit eo quod agit melius quo cele-
rius estimatur sepe accelerandi boni
tarditas consilium putatur et ad expectatum
ne expectacionem perficiat hoc insidias
mora supplantat hoc ipse. Oportet
ergo quod se debite cupientes per sapienciam
cognoscere inter lucem et tenebras
sollerter discuciant ne dicant malum
bonum et bono malum aut ponant
tenebras lucem et lucem tenebras
ysa v et xvi q iii ve qui dicunt bonum
malum. Et ob hoc quamuis habentur melliua contra hereticos
eloquia tamen veneno infecta diffundat
aut sectantes hic opera videantur nullatenus
tamen recipiunt aut audiunt eo quod eorum
fetent et fame virtutis semper laborant
Vnde Gregorius xx Moralium sic ait

Vnde hec dn̄ in sacro eloquio plꝫ
secreta dei studet ꝑscrutari q̄ꝫ capiunt
sciencie sua steriles sūt. vtꝫ eni ea
querunt de quibꝫ ad humilitatē semet-
ipos erudiāt mores in tranquillitate
disponāt paciam sui longanimitate
exhibeat. sꝫ ea pt̄iꝰ que eos doctos
ac loquaces demōstret. ex quibꝫ singlr̄
eruditi videant̄. plerūqꝫ cū audacter
de ūā diuitate tractant eciā semetipos
nisci nesciāt. efficitur ergo ut sciencie
steriles sint. qui ea scrutari desiderant
ex quibꝫ bone vite germina nō pro-
ducāt. dū qꝫ ad hoc tendūt ꝙ ꝯprehende
nequeunt ea cognoscere negligunt ex
quibꝫ erudiri poterunt. hec ille
Siquis igit͛ in scriptura uel inuenit
comedat quod sufficiat. ne forte sacia-
tus euomat illud. quia qui dulcedine
spiritualis intelligencie ultra qꝫ capit co-
medere appetit. eciā qd comederit euo-
met. et dū summa ultra vires intelli-
gere querit. eciā que bn̄ intellexit am-
mittet. Itemqꝫ supra et hec a ꝯtemplaciō
de sublimi intelligencia repleri ambi-
unt. tanto amplius inaniscunt. cum
igit͛ distinguerit int͛ lucem et tene-
bras et hec est opa sapientis que sunt
informia replere ordinare informare
quia mores replere errores et or-
dinare inferiores. dicit enim phūs p̄ elench
quod opus sapientis est nō mentiri et
mencientem posse manifestare quorum
primū ptinet ad informacionem secundum ad
replecionem et pmo methe dicit
et in mā que habet de sapiente
sapientis quia vnū est quod ad eum
ptinet ordinare hec ipse. Talis igit͛
qui distinguit int͛ lucē et tenebras
procul dubio vir sapiens est et fortis

... tuo quod ad hoc ut per sapienciam nos
metipsos inuenire valeamus. opus est
ut cū spiritualibꝫ nequicijs lucta et cer-
tamina habeas. a capiendo brauio
more insipientum bellancium nō cadas
[perseuerancia] perseuerancia enim secundum Bernardum in quadam
epistola est vnica filia regis summi vir-
tutum carum consummacio tocius quod
boni repositorium et virtus sine qua
nemo videbit deum. Et secundum eundem
epistola CXXX absque perseuerancia nec
[nutrix] qui pugnat victoriam nec palmam
victor consequitur. Et subdit. ~~nutrix~~ e
ad meritum mediatrix ad premium so-
ror paciencie constancie filia amica pacis
amiciciarum nodus unanimitatis vin-
culum sanctitatis propugnaculum tolle
perseueranciam nec obsequium mercedem habet
nec beneficium graciam nec laudem for-
titudo hec ipse. Non ergo a cepto
certamine abelli contra spirituales
nequicias quia in vanum bonum agitur
si ante victorie triumphum deseratur.
Et sine enim perseuerancia qui currunt
aut currunt insipienter currunt et pu-
gnans decidit. Vnde Gregorius li. primo mo-
ralium nisi incassum bonum agitur si ante ter-
minum vite deseratur quia frustra velociter
currit qui prius quam ad metam venit de-
ficit hec ipse. Et ideo volens possidere
sapienciam studium suum faciat nō intermissum
sed continuam diligenciam et accingat
se illa fortitudine de qua Gregorius
vii moralium ait. quod fortitudo iustorum
est carnem vincere proprijs voluntatibus
contraire delectacionem vite presentis extin-
guere huius mundi aspera pro eternis
premijs amare prosperitatis blandimenta
contempnere aduersitatis metum in corde

Superare. Reproborum vero fortitudo est
transitoria sine cessacione diligere con-
flagella conditoris insensibiliter perdimere
ob amorem qualibet nec ex adversitate
quiescere, ad manus temporalium etiam ad de-
trimento vite pervenire, malicie argumen-
ta exprimere, honorem vitam non solum
verbis ac moribus sed etiam gladiis im-
pugnare, in sceleribus spem ponere
iniquitates committere sine velle desisti
desidie perpetere hec ille. Et sicut
malorum non tam fortitudo quam infir-
mitas est censenda, eo quod posse
mallent non esse posse sed deficere suo
enim modo fortes videntur, nunquam enim
non sunt fortes qui ad partem vite
quam conceperunt tot laboribus et innumeris
periculis se audacter obiciunt, pro
lucris temporalibus libenter ferunt, ab
appetitus sui libidine nulla victi
adversitate resiliunt, persuasionibus du-
rescunt, mundi querentes gaudia
vera perdunt, nec tamen procedendo et fa-
tigentur, quod nimirum [illegible] contingit
ideo quia inebriati sunt absintio
ebrius enim quippe quod patitur nescit.
absintio ergo quis inebriatur est
qui pro amore partium ~~vite~~ seculi a
sensu racionis est alienus. ab hac
tamen fortitudine sunt alieni qui veri
sunt philosophi, isti enim pensantes sapi-
enciam, quod non acquiritur sine amore sine
labore sine humilitate sine stabilitate
temporum [illegible] operibus dilexerunt
et diligunt. Unde scriptum est de sapiente
de se ipso [illegible] Hanc amavi et quesi-
vi a iuventute mea, et amator
factus sum (?). Unde per Salomonem in pro-
verbiis c. ii Sapiencie
et inclinaveris cor tuum prudencie
et si quesieris eam tamquam pecuniam
tunc intelliges timorem domini et scienciam
dei invenies. Et labor. Unde Augustinus
libro iii de natura et origine anime ait ad
Vincencium in principio, cum appareat ex
donis ingenii, hec tibi largitur
deus, proinde sapiens eris, si te non
esse sapientem credideris. Et humili-
tas: ubi enim humilitas ibi sapiencia
Prov. xi. Unde quamplures gentiles
philosophi ut continue in studio sapiencie pro-
ficerent, asperrime [illegible] ut ait Valerius
libro viii. Carneades laboriosus ac — de studio et diligencia philosophorum
diuturnus sapiencie miles fuit, siquidem
expletis xc annis idem illi vivendi
ac philosophandi finis fuit. Socrates
nonagesimum annum agens nobilissimum
librum scripsit. Crisippus octogesimo
anno exactissime volumen scripsit.
Sophocles octogesimo anno carmina
scripsit. Symonides octuagesimo
anno carmina scripsit. Et ut ait
Hugo in libro Didascalicon, et recipit
a Jeronimo epistola xxx in principio,
in rupe [illegible] consedisse legitur
[illegible] contemplacioni continua
Themistocles cum expletis c vii annis
se mori cerneret dixisse fertur se dolere
quod tunc egrederetur de vita cum sapere ce-
pisset. Plato octogesimo uno anno
scribens mortuus est. Socrates xc ix
annos in docendi scribendique [illegible] scribendi-
que dolore labore quam complevit. Alii philosophi
contempnebant honores, alii proiciebant
divicias, alii acceptis iniuriis letabantur,
alii penas patienter sustinuerunt, alii
continua homini deserentes secreta heremi
heremi penetrabant, alii licet sufficienter
edocti, nichilominus ut plus discerent
[illegible] agebant. Sic Euclides ut nar-
rat Agellius libro vii c. x, licet decreto
Atheniensium capitali sentencia plectendus
[illegible] qui civis extitit de Megaris

pendo intrasset athenas, exuerit uesti-
mentis indutusque muliebri ueste e domo
sua inegrans et ad Athenas ad So-
cratem ueniebat ut uel noctis tempore
consiliorum sermonibusque eius fieret particeps
Hec ille. Cum ergo isti gentilium
in proficiendo erant constantes et fortes
amplius decet christianum philosophum ut inter-
mine cum necessitates spirituales non desi-
stat. Hoc enim requirit uera philosophia quia
uir sapiens fortis est. que fuerunt
uerba loco thematis etc.

In quibus quidem uidetur iste doctorandus
laudis preconio esse attollendus primo a-
eo quod luctando cum spirituales nequitias
scilicet appetitum carnalem sensualitatem rationi
subiugalem [illegible] quod dicitur uir utique
potens opere et sermone Luce ultimo.
Stelle ergo quod se laudabilis in gradu
erigi meruit in doctorem ad con-
fligendum ascendentem ex aduerso insidi-
as quas confinxerat potentia sensua-
litatis que est inimica deo quia Sapiens
Hec enim potentia mors est ad Roma-
nos viij. Secundo ergo quod continuo infatiga-
bili studio per mores floridos et actus
scolasticos laudabiles et diuersos doctorum
concordi iudicio dignus est ut accipiat
cathedram doctoralem cuius contempla-
tione de ipso dicitur uir fortis est utique
[illegible] Amos ij. Quia igitur
in sacris Canonibus studendo et argu[endo]
et respondendo uiriliter se habuit uir d[...]
vir Est enim bellator ab adolescentia sua
primo Regum xvij. Quia uero plus amauit
sapientiam quam pecunias, factus est uir sapi-
ens, quem implebit benedictionibus
Ecclesiastici xxxviij. Et quia affectionibus
ad honores et diuitias corruptis quibus
quidam eum a studio retrahere conabatur
constans et immobilis permansit
[illegible] sapiens corde est et fortis

Omnes sperandum est de ipso quod armatus
fortitudine et munitus sapientia non de-
clinabit ad dexteram uel sinistram
eo quod uir est sapiens. nec timore quod
dicit pro tempore quia tamen sit uir sa-
piens fortis est quod [illegible]
membrorum potestatum dispositionibus nec
longitudine dierum [illegible] Commentum
[illegible] quia iste doctorandus
uir est utique a uirtute que secundum Senecam
Epistola viij est unum bonum hominis ipsa
est uirtus que nec aduersa fortuna et
aduersa superba incedit sine ingenio
uicia discunt et [illegible] ad uicia tota [illegible]
nos docet ad uirtutes pauci et etiam ma-
gis ueteres quam moderni. Tamen erunt in
uirum honore dignus est. Sola quippe
uirtus facit hominem dignum honore
eo quod solus bonus honorandus est
iiij Ethicorum. Sit autem honor ut aut
Crisostomus de reparatione lapsi qui est uirtus
animi uel Cesaribus prestatur. nec
adulacionem querit nec pecunias [illegible]
Et ideo ut iste doctorandi [illegible]
accipiat tradens sibi annulum aureum non
quidem ad hoc ut ipsius mente uelut
auari semper muneris cupiditas astri-
ctus semper aurum querat semper ar-
gentum uideat semper redditus quanta
et aurum gratis intuitur quia [illegible]
xl vij [illegible] Sicut hoc [illegible] in si-
gnum aggregationis ad numerum doctorum
plus auro lucentem de quibus scribitur
qui docti fuerint fulgebunt uelut
splendor firmamenti et qui alios
erudiunt ad iusticiam tamquam stelle in
perpetuas eternitates Danielis xij.
Deinde tradit sibi librum clausum et [illegible]
apertum ut que sibi tacenda [illegible]
et que dicenda minime reticeat [illegible]
xl iij [illegible] consilium [illegible]
Gregorius in pastorali c. xv sicut

Cum rector ad loquendum properat sub
spiritu timoris studio loquatur attendat
ne si inordinate ad loquendum rapitur
errorum vulnere audiencium corda feriantur
et cum cordasse sapienter se videri de-
siderat, virtutum compagem insipienter ab-
scidat et iterum dicitur promendum sollicita
intencione rectoribus hoc est doctoribus
ut ab eis non solum prava nullo modo sed nec
recta quidem nimie et inordinate pro-
ferantur, quia sepe dictorum virtus perdi-
tur cum apud corda audiencium loquacitatis
incauta levigatur, et auctorem suum
loquacitas eadem inquinat, quia fructuose
audientibus ad usum profectum ignorat.
Tradendum tradis sibi birretum in signum
auctoritatis docendi et actus doctoralis
exercendi. O quam felix, ut scriptum sacrum
canonum quasi quibusdam ymbribus
de celo fluentibus fructum in dei ecclesia
producat uberrimum. Est enim differencia
inter instruendum simpliciter et doctorum. Unde
sicut dicitur Gregorius xxxiii Moralium: aliud
est gemmas bene vincencium aliud recte
docencium, sicut et in celi facie alie
stelle prodeunt quas nulle pluvie se-
quuntur. Alie prodeunt que arentem
terram magnis ymbribus infundunt.
Stelle quidem sed in siccitate aeris nate
per exemplum bene vivendi lucem ceteris
prebent sed per predicacionis verbum pluvie
nequiunt. Et illi vero quidam et recte
vivunt et alii eciam rectitudine verbis
predicacionis instituunt quasi ad profun-
das pluvias in celo stelle prodeunt.
Hec ille. Postremo trado sibi osculum
in vinculo pacis, ut pacem dei
habundet in corde eius. Benedicito
ei et coram hoc tuum benediccionem hac
annuncians: Ecce odor filii mei sicut
odor agri pleni cui benedixit dominus.

Crescere te deus faciat pro honore suo
ut possis spiritualem sobolem suscipere
et filios in sacris canonibus formare.
Det tibi deus de rore celi et de
pinguedine terre habundanciam. Ve-
nerentur te tribus populi, curvent ante
faciem tuam heretici et omnes virtutis
adversarii obmutescant. Sicque deus
faciat te in felicia page, ut coronam
immarcessibilem in celestibus con-
sequaris. Quam nobis concedat verbum
sapiencia dei patris Jesus Christus per se-
cula benedictus amen.

Expedito primo principali circa
adiectum, circa recommendacionem nostri
promovendi est aliquantulum insistendum.
Et quia hic dominus dudum cum laudem
Sacre Canonice in sui principio noviter
insisteret, gloriabatur se librum habere
verum pro themate sue recommendacionis
assumpsisserit verba Canonis xvi de
habeo librum continentem canones
quos ut hunc librum composuit bene
et accuracius pertractet, pro aliquali
ipsius recommendacione premonimus allocu-
cione assumpsi verba xxiii di. c. lector
despicit neque librum et esto relator
ubi dei legendo et docendo. Benedicte
precor doctoris et magistri egregii celeri
cum dum speculabiles sciencie dignitate et or-
dine luminis sacre eciam eloquencie
nec mentis conspectum obtinebunt
illud solum verum esse gaudium quod
de creatore non creatura concipitur hoc
solum verum esse delectacionem que
ab illo summo et omni delectabilissimo
obiecto defertur mentibus illabitur
cui comparata omnis aliunde quesita io-
cunditas meror est, omnis suavitas
dolor est, omne dulce amarum, omne

quo cognoscatur
in cognicione cre-
atoris debemus
et delectacionem

decorum sedium ac omne aliud quod
delectare possit animarum molestum ad
investigandum tamen aliud summum gaudium
illamque summam delectationem intelligentie
ordo expedicius erat et necessarium
res creatas delectabiles et appetitum non
sensitivo verum etiam intellectivo appeten-
tes ut dum in creaturis delectationem
etiam non modicam percipimus quanta sit in
comparatione rei create ad creatorem tamen
quantum possumus capiamus. Nam ut
dicit Apostolus ad Romanos primo Invisibilia
dei per ea que facta sunt a creatura
mundi intellecta conspiciuntur. Et multo
quia creaturarum extensio dei pote-
statem earum ordo sapientiam et quarundam
dulcedo bonitatem arguit creatoris. Unde
et secundum Hylarium libro primo de trin. Ex
creaturarum contemplatione cognoscatur dei
eternitas que patri ex earum pulchritudine
ymago et species que filio et earum
bonitate usus qui appropriatur spiritui sancto.
Ipse quoque dicitur Sapientie xiii Vani sunt
omnes homines in quibus non subest sciencia
dei et ex hiis que videntur bona non
potuerunt intelligere eum qui est
neque operibus attendentes agnoverunt
quis esset artifex eorum. Et inpo-
sitis multis creaturis subdit quarum
si specie delectati deos putaverunt sciant
quanto hiis dominator speciosior est. Spe-
ciei enim generator hec omnia constituit.
Aut si virtutem et earum opera mirati sunt
intelligant ab ipsis quoniam qui hec con-
stituit fortior est illis. A magnitudine
enim speciei et creature cognoscibiliter
poterit creator horum videri. Propter quod
Augustinus super illo psalmo Circuivi et
ymolavi dicit quis digne lau-
det hec quod in nobis viget corporis
membra movens sensus exterius

memoria tam multa complectitur
intellectus tam multa discernit. Si
inspicis celos magna sunt opera eius.
Si inspicis angelos mira dignitate
eius quia in quibusdam ardet
amore in quibusdam sapientia fulget
in aliis vero potencia in ministrando
excellit. Si inspicis terram mare et omnia
que in eis sunt quis horum consideratione
aliud concipit nisi laudem artifi-
cis cuncta potentis quis digne lau-
det dei opera cum omnia deo referimus
et si quid in eis est quod delectat quoniam
summam bonitatem commendat. Hec ille.
Verum et si secundum distinctionem rerum ceterarum
diversa reperiatur delectabilitas earum summum
tamen gradum in hiis sibi vendicare videtur
exercitium scientiarum et attenta revolucio
librorum que non delectabilis et utilis
verum insuper necessaria humano generi
perhibetur xxxviii di. Si quis et cetera.
Dicit enim Policraticus in prologo primi libri
Artes perissent, nulla fidei ac totius
religionis officia, ipsorum recti defecisset
usus eloquii, si non in remedium humane
infirmitatis usum literarum divina mi-
seratio procurasset. Que enim exempla
maiorum, que virtutis incitamenta, que
morum sementa urgerent in aliquo, nisi pia
sollicitudo scriptorum eadem ad posteros
transmisisset. Quis enim Alexandros
sciret aut Cesares, quis Stoicos aut
peripateticos miraretur, nisi eos insi-
gnirent monimenta scriptorum. Quis apostolorum
et prophetarum amplexanda imitaretur ve-
stigia, nisi eos posteritati divine litere
consecrassent. Hec ille. In studio librorum
ergo exercitatio non solum utilis est et de-
lectabilis xxxviii di. De quibusdam et cetera
relatio. Nam ut idem dicit In dolore
solatium, recreatio in labore, in paupertate
iocunditas, in deliciis modestia felicissime

a luce mutuatur. Nam a vicijs redimit
animum et quadam suavitate eciam in adversis
iocunditate reficit. Cum ad legendum vel
studendum utiliter mentem intendit animi
[illegible] in rebus huiusmodi iocundiorem
utilioremque occupacionem invenies, nisi
forte divinus compuncta devocio orando
divinis insistat eloquiis aut corde per
caritatem dilatato deum mente conspiciat
et magnalia eius apud se quasi quadam
meditacionis manu pertractet. Et subdit
Sepius dicit quia omnia huius mundi
dulcia sive collata ceteris amarescunt
et tanto magis quo sensus interior minus
incorruptior et iudex purior vigeat.
[illegible] et q in dolor
Divinus hic omni scienciarum studium nedum
delectabile sed et quamutile existat, quia
sine sciencia homo dicitur esse quasi mortis
ymago. Hec tamen de qua premissa e dele-
ctabilitas ymo unius necessitudo scire
divine et causas proprie apprehat, quia
tantum ignorancia Christi ignorancia est
xxxviii di. Si ignorantia. De quibus eciam dicit
b. Aug. de doctrina christiana [illegible] Quicquid
homo extra didicerit si noxium est
hic dampnatur, si utile est hic invenitur.
Et cum ibi quisque invenit omnia que alibi
didicerit, multo habundancius ibi inve-
niet ea que nusquam alibi potuit invenire.
xxxvii di. legimus [illegible] Ibi namque
ut ait Cris. super Math. Qui ignorat in-
venit quod discat, qui scit invenit quod
credat, qui credit invenit quo ascendat,
qui ascendit invenit contemplacionis gaudium
in quo quiescat, qui contumax est invenit
quod timeat, qui laborat invenit quod accipiat.
Hec sancta scriptura b. Aug. super Genesim sua
altitudine irridet superbos, profunditate
terret attentos, veritate pascit magnos,
affabilitate nutrit parvulos. Et si quid
est bonitatis, si quid honestatis, si que perfectionis,

si quid virtutis, si quid iusticie, si quis
ordo, si quid sanctitatis, si qua disciplina,
omnia hec reperiuntur in eis. Unde et quicquid
eis est adversum, nichil sentitur. [illegible]
ix di. Noli et c. quecumque quamlibet
que contra est lege nature, dist. viii ergo.
Ad questionem ergo qua queritur hic contin-
gat quod dum nonnulli huius temporibus
scienciarum divinarum codices revolvunt cor-
de arido nichil ibi sentiunt, pretermittunt.
Et quod dolorosum est, ubi in veritate
solidari deberent in errorum latibula pro-
lapsi sunt et prolabuntur. Claret ergo hic 1o
responsio, quia ab uberibus carnalis
suavitatis non avulsi ea que spiritus sunt
apprehendere non possunt. Et carnicosa mente 2o
tumgefacti, quia magistra humilitatis
non audiunt, ab errorum tendiculis que
ipsis obstinata superbia contexuit nequeunt
liberari. Primum probat apostolus i Cor. ii 1o p
dicens Animalis homo non percipit ea de suavitate
que spiritus dei sunt, sed spiritualis xxxviii carnali
iiii omnes. Unde et b. Greg. xi mora.
super illo [illegible] dixerit verba divinitus
dicit verba sapiencie que reprobi audiunt,
electi non solum audiunt sed eciam gustare
ut eis in corde sapiunt quod reproborum
mentibus sed ~~[illegible]~~ solum auribus so-
nat. Aliud namque est nominatum cibum
audire, aliud vero eciam degustare.
Electi utique cibum sapiencie ita audiunt
ut degustent, quia hoc quod audiunt
eis per amorem medullitus sapit.
Reproborum vero usque ad cognicionem so-
nitus tendere, ut quamvis perverte audi-
ant, sed tamen quia corde attendunt fri-
gido et medullitus quoque oblecta-
mentis compluto quid illa sapiat
ignorant. Aliud ergo est de deo accipere
scire, aliud ergo hoc quod cognoscat
famine intelligencie degustare. Unde
et propheta [illegible] sapiencie dicitur eam [illegible]

2°

sapiunt prout sunt et quia res sic
diligit prout sunt diligende Bernardus in
promissorum vitis quam hy qui ceremonia
licentie turgefacti eo quod ingratitudini
latitur non audiunt. ab errore tendi-
culis quem ipsis obstinacio superbie
contexuit non valent liberari. probat
Policraticus li. vij. adducens quosdam anti-
quos philosophos temeritatis et ingenii
confidentia errasse. de quibus ad
propositum meum loquitur in hec verba. Antiquos
philosophos floruisse ingeniis et studio
profecisse, iam nec celebri opinio
est. sed omnibus in que pervenerint fama
ad res cum essentia fere incomprehensibiles
studio et exercicio sibi fecit viam inge-
nium et illorum beneficio plurima pu-
blicata sunt posteris quibus grandes
et mirandum invenitur mundi dimen-
dimensi sunt. celum suis regulis
subiecerunt. nature varias scrutati
sunt causas. et universitatis opificem
deserentes quodammodo sunt oculis contemplati
quasi ergo mole gigantea subnixi
in humanis viribus intumuerunt
indixeruntque bellum contra deum. de vigore
racionis libero confisi arbitrio. ac
si secundum fabulas essent celo captivo
victum quibus efferebant brachium
inicerent. Dictum sit ergo deum allevi-
rent. et dicentes se sapientes stulti
facti sunt. et obscuratum est insipiens
cor eorum ad Ro. i°. Ut quia omnia
fere pervenerant. procacissime erra-
verunt in inveniendis et varie distracti
opinionibus. etiam minima ignorarent.
Hec ille. Verum est ergo de ingenio confidens
nec ductum prior capit sine sapientie
refrigerandum. Et constituit ne nimium
Cum enim ineptus est quam impia sapere
et sapientioribus doctoribus quam non credere

de philosophis anti-
quis de eorum in-
genio confidentibus

va

Non cor-
ruptores
scripturas
et ma-
le expo-
nentes

Tam enim in hanc insipientiam cadunt
ut deum ad cognoscendam veritatem alias
aliquo impediunt obscuro. non ad prophe-
tias recte non ad apostolicas litteras nec
ad evangelicas auctoritates sed ad
semetipsos recurrunt. profecto errori ingeni
existunt. xxiiij q. iij. quia enim Augustinus
Cicero legem achademicorum descri-
bens ita dicit. Cum philosophandi
propositum cum res obscura sint quia
et deum probabilitur elucescit veritas accessit
ait enim idem. Nos qui sequimur pro-
babilia nec ultra id quod probabile
occurrit progredi possumus et refellere
sine iracundia et refelli sine pertinacia
parati sumus. hec enim duo inventioni
veritatis plurimum adversantur. Si autem vera
dicenti quis succendat irascendum succenseat
aut pertinaciter in falsitatis defensione
laborat. Nam ut ait Cicero. impedit
ira animum ne possit cernere verum. Et
virtus ipsa vitam nuntia recessit ab eis
quia Corozaym et Bethsayda spiritu
sancto restitute.
Sed et inceos pertinacia excecavit ut
adhuc oculos eorum velum templi
teneat quod domino paciente scissum est
a summo deorsum Luce xxiij. Et mul-
tiviciis hec pertinacia errorum velum
texuit quia scripturam sacram aliter
exponunt quam sensus spiritus flagitet mo-
nitum xxiiij q. iij. heresis et c. Sum
in ecclesia. Sermonum ergo est scriptura
non dimandum et humiliter postulanda est
spiritus intelligencia ab eo qui omnis sa-
cietatis est deus et auctor xxxvij
di. legimus. et in quo sunt omnes sapientie
thesauri absconditi ad Colossos ij.
humilibus enim dat graciam et superbis
resistit Jacobi iiij. xxvj q. de quadri-
vine ergo esse nimio philosophabitur
aut eo tenuitate in aliquo obtinebit
frustra profecto. quia sibi de capacitate
ingenii, de tenacitate memorie, de assi-

diuitie studii de lingue volubilitate
blanditur quia si licet in motu sunt
quo efficaciora videntur et longius ab
errabunt Verum et equus quo velocius
aberrat eo tardius quisque insidet do-
mum redit Est autem huiusmodi quieta
simplicitas quia discretioni intelligentie
plurimum adiuuatur Huiusmodi enim hic est
scribitur a doctoribus acquiescit et sim-
plicitatis ea que secus quam oportuit dicta
videntur in partem meliorem fideli inter-
pretatione retorquet De re iii estote
Ineptus autem est qui in scripturis a quibus
instruendus est appetit dilatari et
captiuato eorum sensu ad intellectum
suum eas trahere nititur repugnantes
Verum ut dicit Policrat. li. vii. in scriptu-
ris querere quod non habent proprio sensui abstinere
est non addiscere alienum Verum et disci-
pulorum oculi tenebantur ne sapientiam que
eos ex ardore comitabatur agnoscerent
quia tardi erant ad intelligendum
que prophete locuti fuerant hoc videlicet que-
rentes quod aberat a mentibus prophetarum
et non attendentes spiritum qui iacebat
in littera Sed quia tantum ardenti stu-
dio querebant quod latebat sapientiam que
querebatur affuit et aperuit oculos eorum
ut intelligerent scripturas et tamen
visus dominum arguerent tarditatem Sed
nec ipse nisi in fractione panis agno-
scitur quia neuter scripturarum
nisi verum fidei aut morum ~~[illegible]~~ ait detur
sensu non videtur quisquis ergo volue-
rit suo ingenio aut studii viribus scriptu-
rarum integritatem ~~[illegible] et~~ attemptat quasi a
sacris plerumque exclusus ab intelligentia
veri ~~[illegible]~~ alienum exstat Verum et
Sodomite dum angelos corruptionibus ~~[illegible]~~ mi-
~~[illegible]~~ luce et viri iusti ~~[illegible]~~ hospites
~~[illegible] voluerunt cecitate~~ ipsius sunt
corrumpere voluerunt cecitate

et circa parietem aberrantes palpan-
do in meridie quasi tenebris obuoluti
iusto dei iudicio sunt subuersi Sic dum
maligni et elati corde aberrant
scripturarum sensum fidelium corrup-
tores inueniuntur videlicet angelum non attin-
gunt Angelus siquidem scriptura est
que deo mittente consurgit ad increpandum
maliciam hominum in modo Sodomorum
descendisse Audite mihi verbum domini
principes Sodomorum auribus percipite
verba mea populus Gomorre Ysa. i c. p°
~~Redimi ergo dixi~~ Sed nec ergo dixi
scripturis non diuinis nisi forte quis
se ipsum dignum credat ut angelos deus
donaret et vtique viri iusti eos adorasse
et cibum ministrasse leguntur et eis
humana temeritas vult preesse quo fit
ut lumine priuati non possint illustrari
Dicit enim b. Gregorius xxiii Moralium
Contemplari dei sapientiam non possunt
qui sibi sapientes videntur quia tanto
ab eius luce longe sunt quanto apud
se humiles non sunt quia in eorum mentibus
dum tumor elationis crescit aciem
contemplationis claudit et unde se lucere
pre ceteris estimant inde se luminis luce
priuant Cum itaque prout expressum ap-
paret periculo plenum sit et ad ha-
bendum verum sensum maximum impe-
dimentum de proprio ingenio confidere et
timido autem stomachanti ac eorum verum
scripturarum sensum insolescere Et nichil
inuenitur delectabilius sit in librorum reuo-
lutione exercitatio perspicue diuinarum et scriptu-
et Canonicarum scripturarum in quibus ipsa
summa vitas delectabilis contemplatur
Ideo ne in premonendum de suo confidat
ingenio sed magis in libris scripture Canonice
perscrutat et sensum sibi diuinitus concessum
alius quirit ac ad proficuum deducat possi-
sibi non inuento dicta alterius librorum et
esto relator verbi dei legendo et dicendo
que sunt verba locorum thematum presumpta

In quibus verbis talis introductus tria
considero ad que noster promoven-
tur et admonetur Primo namque ne
ocio torpeat admonetur ad sacrarum
scripturarum exercitacionem et hoc cum sibi dicitur Accipe
librum iuxta illud Accipe librum et devo-
ra illum Apok. x. Sed cum non omnium
librorum et sciencium exercitacio est equaliter
proficiens ad salutem xxxvii di. Ideo
admonetur secundo ut hiis que compo-
nendis moribus sunt magis proximi
et saluti videntur aptiora sinimpore vite
dat et ergo subiungitur in themate
Esto relator verbi dei quia hec de-
scribit Luce viii. Tercio vero quia maior-
ne debito sit peragendum ideo quis
sit ordo que in talibus servandus
sibi describitur dum concluditur legendo
et docendo legendo videlicet quo ad se
et docendo quo ad alios ut sic per
ordinata maturitate procedat xliii
di. Sit rector. Hec tamen resumendo
causa brevitatis ne tedium animis meis
generem. Dixi primo et secundo quod in verbis
premissis noster promovendus admonetur ad
sacrarum que saluti magis sunt apte
exercitacionem et hoc dum dicitur Accipe librum
et esto relator verbi dei. Nam licet om-
nes Polic. li. vi. omnes scripturas
esse legendas probabile sit nisi sint
lectoribus reprobate cum omnia non modo
que scripta sunt sed etiam que facta
sunt ad hominis utilitatem licet plerique
eis abutuntur instituta credantur Licet
tamen omnia legenda sint secundum mentem
beati Ambrosii super Lucam ut cetera alii
tamen lecta fuerint non negligantur
reprobentur ut nulla aliqua relinquantur
in transitu ne sint omnino incognita
xxxvii di. Qui hinc etiam Sed potioribus
maiori diligencia insistendum que
aut politicam vitam sive in iure civili
sive in aliis ethice propter institutum

aut proximum corporis aut anime sanitatem
Unde beatus Bernardus super Canti. Sermone xxxvi.
Ita dicit Est profecto quo ad se omnis
sciencia bona cum veritati subnixa sit tu
autem qui cum timore et tremore tuam
operari salutem proprie brevitate festinas
ea sane amplius curato que senseris
vicinora saluti. Non dico tamen doctrinam
Grammaticorum et Dyaleticorum aut aliarum
artium liberalium forte a scolasticis contemp-
nendam ut recte loqui per Grammaticam et
inter verum et falsum per logicam possit
diiudicare xxxvii di. Si quis Quantum
Tercia teste beato Ieronimo super Epistolam ad Titum
eorum doctrina ad vitam potest proficere
dum fuit in meliore usus assumpta
Cum etiam quis ex eo quod numquam didicit
Grammaticam nec Donatum audivit a di-
gnitate fuit remotus de etate et qualitate
et vite. Unde et secularium pericia litterarum
ad intelligenciam sacrarum scripturarum
necessaria ostenditur xxxvii di. relatum
et c. de quibusdam. Hiis tamen non ob-
stantibus alia sunt que toto mentis
nisu sunt capessenda ut Canonum
libri quos ignorare non licet. maxime
sacerdotibus et hiis qui divinis obsequiis
applicantur xxxviii di. nulli et c. que
ipsis. Ubi dicitur Quia si in sacerdote scien-
cia canonum defuit sacerdotis nomen vix in
eo constabit. Cum autem noster promovendus
expertus sit secularium arcium nunc pri-
stat quod primo operam pro noticia ad plenum
est scrutatus quia autem est canonum
operis sibi non esse ut ad ipsas per studio
intellectum earum reiterat. Sed longe
amplius ut scilicet Canonistarum operam impen-
dat ea quod laudabiliter in eisdem incepit
et didicit ad profectum deducendo et ergo
dico sibi Accipe librum videlicet sacrorum Ca-
nonum. Et tantum de primo et secundo.
Dixi tercio et ultimo quod quis sit ordo
in librorum exercitacione habendus in verbis
premissis describitur dum concluditur lege-
do et docendo legendo quidem primo

Pro

(margin, right of col. 1:) pro ca-
libus
phisicis
quo va-
let ad
alias
scias

Et valde ineptum est et absurdum ut imperiti magistris, novi antiquis, rudes preferantur. 19

Et inantea lectura docendo, ut videlicet
primo discat et postea alios doceat, ea
que quis didicit spargat. Monstruosa
nempe res est ductor cecus, doctor igna-
rus, niger indoctus, consiliarius et viator
inexpertus. Unde nisi quis bene discat, doce-
re non valebit. Miserandum enim est eum
fieri magistrum qui nunquam fuit discipulus,
lxi di. miserandum. Convenit in officium do-
centis quis assumi debet qui formam
discipuli non assumpsit, de elect. Cum
in magistrum. Unde etiam dominus prius posuit
verba in ore prophete et postea constituit
eum super gentes et regna dicens:
Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce con-
stitui te super gentes et regna. xxxiii
di. Ecce. Gregorius sequitur quod is qui do-
cendis aliis preesse debeat, primo discat
et postea kathedre fastigio aut officio
docentis fungi et presidere, ut sic sunt
tempora tacendi, primo discat, et postea
opportunitas loquendi in qua predicet
et doceat. Nam veritas prius disci-
tacendo discitur et postea loquendo predicatur.
Unde etiam salvator noster prius in me-
dio doctorum sedit audiens illos et in-
terrogans et postea predicare cepit. Ubi sic
Hunc autem ordinem dominus promovendus in suo
studio exacta cura diligenter observavit
ne hoc premisso aut alias turbato sui
detrimentum faceret et aliorum derisui pa-
teret. Studuit namque iste dominus in debita
maturitate [illegible] progredi in
librorum revolutione et studiorum acquisitione.
Verum quia artium liberalium pericia ad
capessendam sacrarum divinarum et canonum
notitiam indicatur necessaria, ut quilibet
que premissa lucide constare potest,
et confirmat ille venerabilis Hugo
in suo didascalicon li. iii. dicens:
Nemo ad sacram pervenire cupit scienti-
am nisi artium reliquias se implicuerit
[illegible] labor plurima invenit
et fructum pariunt. Ideo iste dominus se in annis

puerilibus artibus liberalibus et di-
sciplinis philosophie imbuendum
tradidit, adeo quod in eisdem insigniis ma-
gistralibus meruit decorari. Et tandem
ad scolas canonum maturum accessit
ubique per plura tempora et annorum
decursus fortiter persistit et permansit.
Non enim pro tortura laboris in primis
elegerit, sed ferens pondus diei
et estus eius. Sic hunc veritatem et dignius
inventum venit. Sui laboris premium digne
recepturum, quia ea que hic didicit
et in suo archano pectoris conservavit
aliis prout debet, cum auctoritate co-
mmunicet et impendat. Et ceterum ut
ista facere possit, Ego auctoritate omni-
potentis dei et reverendi in Christo patris
et domini domini Eberhardi dei gratia Epi-
scopi huius alme universitatis Can-
cellarii, confero sibi gradum baca-
laureatus in decretis ut possit legere,
docere et ceteros actus ad hunc gradum
spectantes exercere. In nomine patris
et filii et spiritus sancti amen.

Et quia hic dominus noster promovendus
huc in medium venit ut suorum actuum
laudabilium pariter et laborum propter fru-
ctus laudis et honoris, ideo propter
expedito primo quoad ad sibi pro ipsius
aliquali et sufficienti recommendatione
ac insuper digna promotione assumpsi
verba scripta Tobie xii. [illegible]
dabimus vero ei. Reverendi patres docto-
res et magistri egregii et alii spectabiles
domini et venerandi. Sicut canonum
docet [illegible] multorum patrum
venerabiles sanctiones et decreta
cum de horum electione loquuntur, qui
sacris sunt ministeriis deputandi,
eos demum divinis officiis ydoneos
esse censuit, quorum omnis etas
a puerilibus exordiis usque ad per-
fectiores annos per disciplinam ecclesiasticam
stipendia cucurrisset ut [illegible] et
sermonum [illegible] non [illegible]

de cuius precedne dubitatur, cum pro laboribus multis, p moribus castis, pactoribus strenuis, celsioris loci primu debeat vnde et ad honores vndit, sine suffragio temporis sine merito laboris indignum est preciium, et nomi dubitare solent, quo prebitur deamme ta no adimant, ita legitur lxj d. mi- ramur in fine, et lex gerardit magistre ze gradu ceteros antecellat, quid la- bor plurior, et stipendia longiora se- cunt anteire C. de officijs magri offi- ciorum l nemo. Ex quibus colligo, virum moribus castis adornatum labo- ribus multis et actibus strenuis roboratum, merito debere victorum premia reportare. Vnde Sap. x d. Reddet deus mercedem laborum sanctorum suorum, de- rum nisi cum pacem C. verbo Et Beda super prov. xxi, gaudium est iusto facere iusticiam, videtur sic d. Dauid vir cum bonis desudat operibus, quia se sperat propter hec bonis premiis remunerandum. vir autem licet dicatur in Canone ic. qui est cum prebitate animi virtuosus xxxij q. vij § sed illud, et Gramatica dicit vir, vel etatem vir, sexum vir, prebitatem, Tamen ut michi videtur et sic est, in proposito sic dicitur vir, ratione etatis congruentis, dignitatis eminentis, et fortitudinis ac virtutis perfectis. Primo namque eum appellam virum ratione etatis congruentis, quia nisi fallor in medio xxx annorum existit, et ergo vir est ratione etatis congruentis. de- cimus canon prescribit nullum eptm ante xxx annos ..... ad perfectam viri etatem provenit, vmsus ordinare presumat. lxxvij d. Epus vbidam. Et si for- tassis adhuc in adolescentia diceretur existere, per hoc non agradu fastigij vtia et repelli non meretur. Nam

Jeremias et Daniel ante iuvenilem etatem spiritum prophetie accepisse leguntur Dauid quoque in regem et Saloni in regem in adolescentia sunt vncti. Johannes etiam cum adhuc esset adolescens a domino in apostolum est electus et cum aliis ad predicandum missus. ponitur hec in Canone lxxviij C. vlt. Et beatus Bud. in Epla ad Senonem eptm ita scribit Nos dicimus quamcumque etatem dei gratie primatiuam sicut nec sciram cum multos videamus iuniorum super senes intelligere moribus antiquare dies, preuenire tempora meritis, que etati deest virtutibus compensare. Horum nemo contempnat adolescentiam, meliores sunt bone indolis adolescentes, iure tenent dierum multorum et per pauca. Bonus puer Jeremias, qui ante sanctificatus quam natus, cum se excusaret de pueritia, vectibilomini constitutus est super gentes et regna. Bonus puer Samuel qui loquente domino propter erat auditor, dicit loquere domine quia audit seruus tuus. Bonus quoque Daniel cuius spiritum susci- tauit deus, vt convinceret iniquum iudicem, et sanguinem innoxium liberaret. Sed eum virum appellam ratione dignitatis eminentis. Sic eum vir appellatur Gen. xlvj, vbi Joseph dixit fratribus suis. Si vocauerit vos pharao et dixerit quod est opus vestrum, dicite. Viri pa- stores sumus, et hoc recte competit nostro proposito, qui in sortem domini est electus, de pleben eum secum. Et predicator verbi dei constantissimus viij q. j. olim doctus et pastus pretiosi dei facto et verbo xlij d. q. j verbo siquidem qui littere notitia claruit lxz, augu. cum est doctus, et rector scolarum, et alibi. sicut qui vacat exigit proferre sermone xlij. d. Sit rector Exemplo quia docet que ea que dicto seruauit et seminat ope adimplere studet et merito quia verba predicatoris et doctoris sine vita ~~et~~ parum prodesset iij q. v ... dicit

& 3
pmencibz

dicit nempe Ysidorus in li° de summo
bono. Bonus enim iustus debet bene agere ut
sapienter possit bene docere ut scriptum est Cepit
Ihesus facere et docere Act. 1°. Et sicut b.
Jeronimus in Matheum ypocrita. Ignominia
est gloriam crucifixum pauperem et esuri-
entem farsis corporibus predicare et ieiu-
niorum doctrinam rubentes buccas tume-
tiaque ora proferre xxxv d. Ecclesie princi-
pes. Nam secundum eundem delicatus est ma-
gister qui pleno ventre de ieiuniis di-
sputat xii q. ii Sacerdotes de quo Cris.
super Math. Consuetudo nequam que depravato
est componenti sermonem suum vivi vel aut
opera negligenti. Hinc est quod dominus
arguebat legis doctores dicens dicunt
et non faciunt Math. xxiii. et xxvi q.
vii Allegant. Ideo enim pronominatum
viri appellatum ratione fortitudinis
et virtutis perficiente et ideo vir potest dici
a vi Math. xi Regnum celorum
vim patitur et violenti rapiunt illud.
Violenti sunt qui vera fortitudine vi
appetitui sensitivo facientes ipsum ut ve-
niat rationi faciunt subiugatum. Et
beatus Gregorius xxviii° Moralium declarans
illud Job Accinge sicut vir lumbos
sic dicit Scriptura sacra viros vocare con-
suevit qui vias domini fortibus non
dissolutis et effeminatis gressibus
insequuntur. Unde et Sapiens in proverbiis
O viri ad vos clamito acsi aperte dicat
Ego non feminis sed viris loquor quia hii
qui fluxa mente sunt mea verba
percipere nequaquam possunt. Ex quibus iusto
viros vere dici non a corporis viribus
sed a fortitudine mentis ut quemque
est virtus quid decore et honestate
mentis in se gerat et in corpore sibi
subiecto ostendat. Sed debet ergo noster
promovendus medium animi sui motus
componens
~~componere~~ et corporis sui gestus mentis
decore virtute regulare ut nomine vi-
rili possit vocari. vii et michael i.

dinator dicat qui pugnavit cum
dracone et fecit victoriam Apoc. xii
Sub hac condicione viri illi degenerant — contra illos qui se in corpore ornat
qui tam viva corporis compositione non
fatigant et superne consumunt
qui gaudent vestium varietate sul-
care calamistro tortuositate in cri-
nibus adornari frequenti castigatione
novacule in facie ut aquila innova-
ri colla decenti monilibus et
corpora castigata singulis ostendere
plebi et more feminico per omnia
corporis membra lascivire. Hinc ne
esse viri dicit Seneca non video in viro
mulier olet. Sub hac insuper viri-
litate de qua premissum est degenerant
illi qui omne quantum virtus eo quod
laboriosum est fugiunt et a singulis
bonorum generibus id quod delectat sibi
usurpant. de quibus beatus Bernhardus — contra eos qui in omnibus querunt delectationem et ocia
in quadam epistola scribit in hec verba
Habent singula quoque bonorum labor
aliquid aliquid voluptatis. Sed admirari
est prudentiam aliquorum et mirari
quemadmodum noverunt hec artificiose
discernere et abiurata sequestra-
re ea tantum quod delectat eligunt et
amplectuntur quod vero molestum est
fugiunt et declinant. Cum militibus
nempe superbie fastus amplam fa-
miliam nobiles apparatus equorum
faleras acciptres aleas et similia
quoque frequentant ornatur thalamos
balnea et mollicie omnes cum glaciem
vestium a militaribus imitantur
tantie [illegible] lorice pondus et
[illegible] insompnes in castris noctes
metatique discrimina preliorum milicie
bene quoque verecundiam et discipli-
plinam. Aut si quid secus ille la-
bor habebit electo declinantes
Sudant agricole putant et fodiunt

vinitores qui inter hec torpent ocio
accedente fructuum tempore mox ut si-
bi horrea iubent et promptuaria
eorum plena vinum tritico bibunt
vine sagwine meratissimum pariter est
impinguati et dilatati adipe simila
herbarum suam pessimum miniscuat saporem
et additur oleum camino Sed considera
et negociatores circuire mare et aridam
in labore corporis et periculo vite pecunias
sibi diuicias congregantes Dum autem sit
hec cantant prudentes viri diuites
interea cupiunt sompnos nec dormiunt
in stratis lascivias suis Erit hic inve-
nire in die festo graues vasis au-
reis et argenteis mensarum dexteras
refertas varijs opibus mensurias
partitas vestibus ornatas in scrinijs
tam multiplices loculos ut si mensas
habuerint nummularios putant Cete-
rosque eiusmodi apotecarios necesse
inueneris qui vitam sibi multo labore
quesierunt isti madent delicijs corpore
affluunt ociosi Dum autem finis sit
horum quid vere mercedem tales sint ha-
bituri Subiungit dicens Cum resurge-
rent homines vinusquisque in suo
ordine ubi putas quales isti loca-
bit Si ad milites forte dixerunt
exculpabunt eos quod nunc secundum labo-
rem aut pericula tollerauit Sic agri-
cole sic negociatores et singuli quique
ordines hominum a suis eos filiis arce-
bunt finibus ut pote qui in hominum
labore non fuerit Quid ergo restat
nisi ut quos omnis ordo repellit
pariter et accusat eo pertrahit locum
ubi nullus ordo sed sempiternus hor-
ror inhabitat hec ille Talis non
est in promouendis sed vir est a viri-
um ceteris in ipsis virtutis quod omnem
mollitiem muliebrem tamquam viri
fugiens ne animi nobilitate degeneret
in acquisitionem sciarum et virtutum tulit

pondus diei et estus et noctes sepe
transiuit insompnes Nec enim meus
contrarius labor sed secundum doctrinam domini
hostiensis quam ponit in prohemio summe
sue fortior conuertit cunctis quam rec-
tior hominum non enim laboriosum iter et sepe
replicatum in hoc collegium paradicum
beatum nobis a studio sancte Canonice retin-
xit quesiuit hic dominus verum fortitu-
dinis ut vere vir diceretur fortiterque pessime
quemadmodum iuxta beati Jeronimum Pitagoras
memphiticos vates plato egiptum
tamque horam ytalie que quondam
magna Grecia dicebatur laboriosissime
peragiuit Et ideo se in annis puerilibus
philozophicis et moralibus discipli-
nis imbuendum tradidit et tandem ad
Scolas sancte Canonice maturus accessit
ut sic perfectius resistere posset acce-
dentibus ... ...
Et quia mercedem laborum suorum re-
portare debere iam in ... Et non
hinc venit hac digne recepturus Et
quam huiusmodi merces nunc est tribuenda
Dico in principio collationis quere ...
Quam mercedem dabimus viro isti qui
fuerit verba loco thematis prescripta
Per hec autem verba facultas Canonica
de suo discipulo nunc videtur promouendo
ut digna laborum suorum reportet premia
quia quibus sit donis premiandus non
tamquam dubia sed tamquam sui meriti osten-
siua dicit Quam mercedem dabimus
viro isti quasi eius dicit premittere Quam
mercedem secundum illud Math. xix Ecce
nos reliquimus omnia et secuti sumus
te quid ergo nobis erit Se autem da-
turam spondet dum subiungit Dabimus
viro isti secundum illud Apoc. ij Dabo
tibi coronam vite Viro inquit scientia
Canonica insignito et per vigiliam operam
virtutibus adornato Et videtur per
illud Ysa. xlv Thesauros abscon-
ditos

et archana secretorum sue predilecte Cathe-
rine quidem ut hos thesauros primo hec
inciperat, secundum ut prius habitos et etiam in
antea habendos cum auctoritate uti posset
et eos aliis tamquam autentica persona
dispensare et in hac vice promovendi
inceptorem copiose designavit iuxta illud primum
Machabeorum primo. Accepit thesauros occultos
hec autem sancta Catherina. Sic intuitive de-
notatur nomine thesauri absconditi et
archani secreti. Nomine quidem secreti
archani quia in ea multa continentur
que sunt aliquibus occultanda et qui-
busdam revelanda xii di. in medio
q. i. c. nolite. Sed et revelando nomine
thesauri inventi designatur quia ipsa ali-
bi querit in ea facile invenit secundum xxx
vii di. § Sed econtra. In ipsa enim inveni-
unt parvuli quo alantur, crescentes
quo augeantur, adulti quo nutriantur,
perfecti quo confirmentur. Inveniunt lan-
guidi quo sanentur, fessi quo reficiantur,
pigri quo sollicitentur. Inveniunt tristes
quo consolentur, famelici quo satientur,
pauperes quo ditentur et divites quo
misereantur. Inveniunt oppressi quo releventur,
indocti quo erudiantur, timidi quo
confirmantur. Inveniunt perfecti quo percipi-
ant, subiecti quo obediant, offensi
quo indulgeant et beneficiati quo
retribuant. Inveniunt dubii quid credant,
timidi quid sperent, iniusti quid dili-
gant et audaces quid horreant et
contremiscant. Hic est ille thesaurus
quem erugo non demolitur et tinea non
corrodit nec consumit, quem doctores
dicunt largos velle esse sui possesso-
res, sed dedignatur avaros. Hec est
illa nobilis animi possessio que
inter divicias animi [illegible] nec
Sap. Sapiencia colligitur ex quo [illegible]
revelata publicata varia suscipit
incrementa. Nunquam ne hic nobilis
thesaurus in agro archano [illegible]

promovendi absconditus clausus de-
ficiat sed longe amplius ut in aliorum
cordibus satus et dispersus sui incre-
mentum capiat et in uberes fructus ma-
turescat. Ac insuper ut prefatus laboribus
nostri promovendus incrementum referat
condignum. Ego auctoritate omnipotentis
dei et reverendi in Christo patris et domini
domini Sbignei dei gratia episcopi Cracoviensis
huius alme universitatis Cancellarii
confero sibi gradum baccalariatus
in decretis ut possit legere disputare et
alios actus ad hunc gradum spectantes
exercere. In nomine patris et filii et spiritus sancti amen.

Expedito iam primo principali themate
ad secundum iuxta morem facultatis
Canonice officii mei est prefatum dominum
Baccalarium aliquantulum recommendare
et recommendatum amico Baccalariorum prefate
facultatis quemadmodum mutua ipsius exigunt
congregare. Et quia hic dominus in sua
prima repeticione de materia libelli disputavit
et dum in suo principio cum laudes sancte
Canonum insisteret libellum pro fundamento
iacere in themate dixerat. Habet
libellum quod habetur de libel. obla. c. i.
Ideo ut etiam proposito suo sermo meus
conveniat pro ipsius recommendacione et collo-
cacione assumpsi quod scribitur xxiii di.
lector: accipe librum. Reverendi patres,
egregii doctores et magistri ac alii
cui domini spectabiles et honorandi.
Quamvis sit humano generi necessarium utile
sed etiam necessarium librorum exercitium. Testa-
tur Policratus in prologo primi libri dicens:
artes perissent, iura fidei et totius
religionis officia ipse quoque recti defecisset
usus eloquii si non in remedium humane
infirmitatis usum literarum divina mise-
racio providisset. Nunc enim exempla
maiorum que sunt incitamenta et
morum fomenta erigerent in animo

Nisi propria sollicitudo scriptorum eam
ad posteros transmisisset. Quis enim
Alexandrum sciret aut Cesares esse
Stoicos aut peripatheticos miraretur
nisi eos monimenta insignirent scriptorum.
Quis apostolorum et prophetarum amplexanda
imitaretur vestigia, nisi eos posteritati
divine littere consecrassent. Ea propter non imme-
rito michi premonendo dicitur Accipe librum
ut in hiis quidem usque ad presens perstat
et vera delectatio pro malo humane labentis
vite restituatur. Dicat enim ille ubi supra
In dolore solacium, recreacio in laboribus
in paupertate iocunditas, in deliciis mo-
destia fidelissime a libris ministrantur.
Nam a vitiis redimunt animum, et quando
suam etiam in adversis iocunditate re-
ficiunt. Cum ad legendum vel scribendum mentis
intenderit acumen, nullam in rebus
humanis iocundiorem utilioremque occu-
pacionem inveniet, nisi forte divinitus
compuncta devotio orando deus insistit
colloquiis, aut corde per caritatem di-
latato deum mente concipiat et ma-
gnalia eius apud se quasi quandam
meditacionis manna pertractet. Et subdit
Experto crede quia omnia humanum munde
dulcia huic collata continue amarescunt
et tanto magis quo sensus integrior
racio incorruptior et iudicium purior
viget acumen. Fuit igitur propria racione et e-
quum Salvator Augustino dicit Baccala-
riande accipe librum. Verum quia in humani
cogitacione varie discurrere solet racio humana
a conclusione ad conclusionem. Ideo secundum Collbertum
utilia per sui ordinacionem. Cavendum
est precipue curiositatem que perdit omnia
et que de rerum cognitione nichil aliud
querit nisi leticiam aut vanitatem. Nam
in via vite fantasmata nostra occurrunt
et quasi fures insidiantes nostre tra-
sire non sinunt, sed racioni plagas infli-
gunt et velut tenebras in loca latebrosa

et obscura pertrahunt. Animam ergo famis
et sitis curiositatis consumptam et inanibus
fantasmatibus estuantem, tamquam pietatis
cibus refici saturarique volentes pa-
scamus solida veritate. Quia scriptura
vel scientia tota huius non prodest nisi sit verum
que sunt eorum minime se habere et fine.
Hoc autem summopere quadrifaria contingit.
4or Primo Si quod in scripturis legimus ad nostram
utilitatem convertamus. Secundo si quod videmus
in creatura in nobis spiritualiter intelligamus.
Tercio si nos ipsos intimus cognoscamus.
Et quarto si ex consideracione nostra in dei
noticiam ascendamus. Propter primo attende
illud quod ait dominus Ezechielis capitulo
iii. Fili hominis comede volumen istud
et loquere ad filios Israel. Et aperui os
meum et cibavit me volumine illo et
dixit ad me Fili hominis venter tuus co-
medet et viscera tua implebuntur vo-
lumine isto quod ego do tibi. Volumen
comedere est scripturam salutiferam le-
gendo meditando et ruminando sibi incor-
porare bona operando. Comede inquit
volumen istud non siliquas porcorum xxx
vii d. legimus que reddunt ventrem
inflatum non intimus saciatum non panem
nimis siccum Gabaonitarum scilicet scientiam secularem
non poma silvestria quibus enutriuntur ci-
ciorum dorsa scilicet secularium sapientum. Sed
volumen sacrorum Canonum quo debes
interiora tua complere xxxviii d. proto
Multi enim legunt ut parum retineant, et si
mente intellectum verbi dei recipiant tamen in
cordis visceribus vel bonis operibus non
custodiunt quia et si libenter audiunt ad
usum tamen edificationis non assumunt sed
illud Aggei primo Seminastis multum et intu-
listis parum. Unde et in lege qui humor sunt
intelligunt per immundiciam aquilarum. Est
enim aquila avis immunda secundum legem
oculis perspicax et unguibus rapax
quia perspicacem habet intellectum et in
se ipsos reflexum et inordinatum affectum

Non sic desipiunt iudei qui in sabbato
euellebant spicas quia in sabbatismo
pectoris et serenitate cordis debemus
ad edificacionem nostram magis necessitatis
legere et conficere scripturas. Ruminacio-
ne vel manibus spicas legimus et legentes
ut scripturas non solum ore sed in opere
habeamus, non sicut illi qui totam vitam
suam consumpserunt ut alios predicando pascant
et ipsi de verbo non manducant. Sic scriptum
est: Vir cui deus dedit diuicias non
habuit potestatem ut comederet ex eis.
Pro secundo non fiat illud Sapientis:
Vade ad formicam o piger et disce
sapienciam. Homo cum esset in honore esset
conditus mittitur ad bestias ut sapiencie
vacet. Interroga inquit Job iumenta
et docebunt te, quia creaturis eo quod videmus
possumus ad declinandum malum et fa-
ciendum bonum exempla trahere. Mores
enim vel vicia que non prius reputari pro
oculis sive subiectis incorporantur in
creaturis, et hic est modus quo edificatur
multum mundus. Unde Gregorius Nazanzenus:
Mos michi est ad meipsum singula
renocare et proprie si quod michi sit
et scilicet vacet animi moribus aptare
quod videtur oculis. Et secundum Gil. ipse per
Supremus creaturarum minus signa consideret
nichil erit in totum quod hominem non
edificet vel invitando ut faciat vel
declinando ne faciat aliud cum tamen videre
et earum proprietates cognoscere modus est gen-
tilis et philosophi, sicut scripturas videre
veteris testamenti legere et signis significata
non penetrare modus est iudaicus. Opponitur
cum iudeis quedam crassitudo carnalium
sacramentorum in quibus solebant tenerent
vitam proximum quos actus contra nos
infirmaret vitiatum. Unde Crisostomus cum populo
alloquitur: Facta sunt velud suspendunt operum
faciem claritatis eius consideret intueri nequeunt.
Sic in creaturis incurrentes nichil esse
videtur in creatura nisi quod apparet

exterius, cum tamen sub proprietatibus earum desi-
gnentur incorporati mores et errores
hominum. Unde et ostendit Joachim abbas
in sua dialetica maiorum plurimum esse
considerare res in eo quod pretendunt quam
in eo quod sunt. Et vario epistola ad au-
ditorem Atheniensem dicit: multas inter
eum quam rem ab libris inspiciens
libri nempe non nisi parvula sunt scriptorum
monimenta que inquirendorum princi-
pia continent ut ab hiis formet animus
negociandi principia. Et b. Bern. in epistola
ad Henricum dicit: Experto crede aliquid
amplius invenies in silvis quam in libris;
ligna lapidesque docebunt te que non
possis a magistris audire.
Sed pro unitate tercio et quarto dixi aut
passim solida virtute. Et nosipsos intimus
cognoscamus et ex consideracione nostra in
dei noticiam ascendamus. Dicit Gilbertus
in tercia parte: Quid prodest homini si rerum
omnium naturas subtiliter investiget efficaci-
ter comprehendat, ipse autem unde venit
aut quo vadit sit non consideret non
caveat nec attendat. Et dicit Richardus
frustra intendit cordis oculum ad videndum
deum qui nondum idoneus est ad videndum
seipsum. Prius discat homo cognoscere
invisibilia sua quam presumat posse apprehen-
dere invisibilia divina. Alioquin si non po-
tes cognoscere te, qua fronte presumis
apprehendere ea que sunt supra te. Precipuum
enim et principale speculum ad videndum
deum animus racionalis absque dubio in-
venit seipsum. Et enim invisibilia dei per ea
que facta sunt intellecta conspiciuntur,
ut dicit Apostolus. Ubi queso quam in eius
ymagine cognitionis vestigia expressius
impressa reperiuntur. Hominem secundum
ad dei similitudinem factum et legimus et
credimus. Et ideo quamdiu adhuc per speculum
et in enigmate videmus, ad eius ut
ita dixerim ymaginariam visionem

apertus speculum quam spiritum rationalem intue-
ri non possumus. Tergat ergo speculum
qui videre spiritum suum cupit sicut videre debet.
Hoc utique speculum non desinit verus
amator sui tenere tergere et inde
simul inspicere. Tenere ne deorsum
corruens terre per amorem inhereat.
tergere ne ullius cogitationum pulvere
sordescat. inspicere ne ad vana sen-
sualia intuitionis sue aciem reflectat.
Extersus autem speculo et diu diligenter
inspecto incipit ei quedam divini luminis
claritas interlucere et immensus quidam
insolite visionis radius oculis eius
apparere. et hoc lumen oculis eius ir-
radiaverat qui dicebat Signatum est
super nos lumen vultus tui domine deus
dedisti leticiam in corde meo. quod expo-
nens Joachim ubi supra dicit vultus dicitur
a voluntate et a volendo. non quia vultus
aut quia voluntas est in eo. sed quia
voluntas interior a vultu videlicet in vultu
relucet et apparet exterius. unde et illud
a [illegible] sive cognoscitur vir et ab oc-
cursu faciei sensatus. et illud Cor
gaudens exhilarat faciem in merore
animi deicitur spiritus. ergo vultus dei filius
est quia voluntas patris manifestatur
in filio qui descendit non facere voluntatem
suam sed voluntatem patris qui misit illum
cuius lumen signatum id est expressum est
super nos quia in superiori parte nos
lucidos id est rationales fecit nos qui fecit
nos. non quod lux rationis non sit impressa
a tota trinitate nobis equaliter. Sed quia
distinguendum est quid cui sit quid assi-
gnemus. unde quia filius verbum et sapi-
entia est specialiter ascribitur ei ratio quam
nobis ab ipso quidem specialiter [illegible] rela-
tam. a patre vero et a spiritu sancto inest [illegible]
communione. quod sequitur Dedisti leticiam
in corde meo. leticia cordis significat
gratiam inspirate voluntatis. leticia enim

ad gratiam pertinet. unde dicitur quia
dictum est letamini in domino et exultate
iusti et gloriamini omnes recti corde. et
inde per contrarium non est impiis gaudendum. Ergo
lumen attribuitur rationi quia ut dicit
scriptura lex lux est et lucerna pedibus
meis verbum tuum domine et lumen semitis
meis. et leticia congruit voluntati con-
gratulanti cum sanctificatione [illegible] ad utrumque
respectum dicitur Justicie domini recte let-
ificantes corda etc. [illegible] et [illegible]
[illegible] Preceptum domini lucidum illuminans
oculos etc. Sed necesse est quod ratio de
super nos et non super me. et leticia data
dicitur in corde meo non in cordibus nostris
quia ratio [illegible] est et ad conditionem pertinet
generis singularis et ad unitatem spectat.
Ex quo patet quod ex cognitione nostra manu-
ducamur et ascendimus in cognitionem dei.
verum quia ad ista librorum [illegible]
singularitati humane expediens est. quod
teste Apostolo Quecumque scripta sunt ad
nostram doctrinam scripta sunt. Et beatus Jeronimus
ad Rusticum monachum Nunquam de manu tua
liber discedat. Et Gilbertus in sexta parte
sui [illegible] dicit. Et hoc quidem pre-
esse quod expeditum et difficilium pertractatio
scripturarum. et si non inserunt animo [illegible]
saltem quietum ingenium aut mobile
arcet ocium et curiosum ad multa giro-
vagum figit et alligat intellectum. [illegible]
modum quo animus pascitur solida vita
tali ut promissum est breviter describere
[illegible] clarius libri. que fuerunt [illegible] loco
[illegible] passim ipsa. In hiis autem [illegible]
utrumque introducet [illegible] conclusionem
actus premissis duo [illegible] ad que noster
primo notandum admonet. Primo namque ne
ocio torpeat sed magis in agendis
sive convalescat admonet ad exercitium
cum dicit Accipe quod ut ait Tullius in libro primo
de Oratore usus et ars docuit quod
sapit omnis homo. verum quia non omnium
studiorum par est exercitium xxxvi dicit [illegible]

Et nobiliora nobilioribus sint accommoda
ingenia secundum Policraticum. Ideo ut in hoc
exercitium preferat litterarum sibi suadet dum
adiungit: libri. Iuxta illud: Accipe librum
devora illud. Apocalypse x. Hinc duo bene
resumendo. Quod dixi primo virum prudentem
dum ne ocio torpeat, sed magis in suis
agendis convalescat admonet ad exercitium.
Ingenium enim honoris licet secundum Isaac in
libro de anima et Hugonem de sancto victore
sit enim quedam naturalis anime in seipsa potentia
valens, et ita potentia persistat a natura, tamen
usu iuvatur secundum Tullium libro primo de oratore,
qui tractans de exercitatione Romanorum
sic dicit: Exercitabat homines innata in
genio varietas multitudoque in omni
genere causarum, ut ad eam doctrinam quam
quisque studio consecutus esset adiungeretur
usus frequens, qui omnium magistrorum precepta
superaret. Propter hunc usum Timesarthus
dicebat nichil aliud esse ora-
tores nisi quosdam operarios lingua celeri
et exercitata. In bello etiam non tam multi-
tudo et virtus indocta quam ars et exercitium
prestare solent victoriam. Ut dicit Vegetius:
Nulla enim alia re videmus populum Romanum
orbem subegisse terrarum, nisi armorum ex-
ercitio, disciplina castrorum usuque mi-
litie. Quid enim adversus Gallorum multi-
tudinem paucitas Romana valuisset? Quid
adversus Germanorum proceritatem Romana
brevitas potuisset? Adversus multitudinem
et fortitudinem Hispanorum, adversus sapientiam
Grecorum? Adversus hec omnia profuit
tyronem sollerter eligere, ius armorum
docere, cottidiano exercitio roborare, et que
tunc evenire in acie et prelio omnia in
campestri meditatione previdere. Scientia enim
rei bellice dimicandi nutrit audaciam.
Nemo facere metuit quod didicisse se
bene confidit. In certamine enim bellorum
exercitata paucitas ad victoriam promptior
est quam rudis et indocta multitudo
exposita semper ad cedem. Idem est in
usu armorum. Cum enim exercitium sumit

per usus frequentiam parum timent cum
aliis disputationem inire, clamorem aut
luctam. Si vero usum non habuerint ti-
mebunt ad singula, sicut ad solem
procedens videtur tremere oculis qui
diu fuit inclusus in umbra. Hic autem
usus adeo necessarius est ut ex frequen-
tia vincat et superet impedimenta nature
prout refert Valerius Maximus de De-
mostene qui laborabat duplici impe-
dimento oris et pectoris. Non enim poterat
nominare primam litteram artis sue quam
volebat vocabat addiscere scilicet rethorice. Sed cum
ex usus frequentia portaret in ore cal-
culum et sic erudiret ad loquendum
et nichilominus loquendo et clamando co-
naretur contra flumen, duplex oris et pe-
ctoris evicit impedimentum et sic se ora-
torem summum reddidit et perfectum. Sic etiam
Tullius exercitabat se ut tres personas
solus sustineret: sui, adversarii et iudi-
cis. Et alio tempore cogitavit quod diceret,
alio diceret quod cogitasset. Que duo
magne plenique ingenio fieri simul faciunt
sed melius dicunt si aliud tempus sume-
ndum sibi ad cogitandum, aliud ad dicendum
provideret. Hec autem omnia provida delibe-
ratione vir provinciensis animadvertens
non putabat sufficere si ea que in scolis
Canonistarum a doctoribus sagaciter audiverit
audiverit et audita sola contemplacione
intellecta perpetuo teneret. Verum etiam
ventilabat exercitio studiose in causarum
processibus doctrinam examinaret, quia
usum ad perfectionem sui sibi sciebat neces-
sarium. Et tantum de primo.

Dicta secundo quod in verbis premissis
vir provinciensis admonetur quod in suo
exercitatione preferat litterarum studium in verbo
libri. Cum secundum Gilbertum tertia pars ex-
ercitium litterarum est studium maxime nobi-
lium virorum, unde antiquitus bene res
censebatur quod philosophi tunc regnabant et
reges philosophabantur. Et quare
Vegetius primo libro de re militari ait:
Nemo magis quemque decet vel melius
vel plura scire quam principem

cum doctrina potest omnibus preesse sc-
ientiis. Quod ad principes quatuor potest confirmari
exemplis. Procedat primo Alexander
conditor de Castro Victorum, quem
gymnasium litterale vetus sub Aristotile
studium continuum magnificavit et extulit
in immensum. Et licet quibusdam viciis
Alexander non caruerit, vt in vii li° Justini
historiographi legitur, non tamen hoc a philosophia
hereditavit sed per philosophiam amplius tem-
peravit vii et sapienter dixerit nichil
aliud esse philosophiam quam victoriam passi-
onum concupiscibilium et abstinentiam. Legitur
etiam a discipulis ypocratis expressam
diligenter in tabula quandam effigiem
sui doctoris, quam cum vidisset philemon
optimus illius temporis phisonomus depor-
tatam et diligenter inspectam, protulit
suum iudicium dicens eum cuius hec erat
figura virum luxuriosum et amantem
coitum. Quem discipulis indignantibus et
arguentibus eius artem ne pote qui
de viro optimo talem reddiderat iudicium
redeuntes ad ypocratem referunt quod au-
dierant. At ille philemonem confitetur
optime iudicasse, sed amore philosophie et
honestatis dixit se cunctas turpitudines
suas vicisse et accepisse per studium quod
fuerat denegatum nature. Accedat etiam
Julius Cesar de gratia Romanorum, qui
in litteratorio studio tantus fuit vt simul
dictasse legatur quatuor paria litterarum
qualem in persona cuiusque similis ipse
ciat leges indicant Romanorum. Beati
ardentis ingenium qualiter in litteris extiterit
predicant Boeciabilis subtilitas, quem vi-
dicat Gilbertum commentator. Procedant
et reges veteris testamenti David Eze-
chias et Josias, qui consilio litteralis
prudentie iudicaverunt populos in equitate.
Sicut scriptum est: Judex sapiens iudica-
bit populum suum et principatus sensati
stabilis erit. Postulat David a domino
vt sapientiam et scientiam doceat, et
dixit se in eo invenisse cor suum invenisse

letarum. Procedant et ultimo reges
christiani de novi regni testamenti Con-
stantinus, Theodosius, Justinianus et Leo
et alii principes christianissimi qui feliciter
rexerunt non magis fortitudine armorum
quam industria litterarum. Generosis etiam pa-
rentibus nota est magni dedecoris fi-
lios suos degenerare, tam prudentie
quam virtutis expertes, quos sibi debuerunt
sapientie et iustitie successores. Quod enim
dissimulari posset utcumque in homine
plebeio, non patet conniveri in perso-
na publica et in homine tollerari. Quocirca
precipue sunt eis. Nobilium filii qui ad cul-
men honoris in populo debent eligi cum
maiori diligentia debent a pueritia eru-
diri, vt dediscant malitiam beneficio
litterarum et assuescant in bonis operibus col-
lectorum simul et memoria laudabilium
exemplorum. Ex quibus liquet quanti
sit cum litterarum studiis quaerere et occupari
quod communis sit nobile ut premissa de-
clarant exempla. Potissime tamen quaeren-
dum est eam hic sive operam dantes
que saluti nostre magis sit apte. Vnde
licet secundum Senecam Polit. li. vi. omnem
scripturam esse legendam probabile sit
nisi sint lectiones reprobate, sic tamen
omnia legenda sunt secundum mentem beati
Ambrosii super Lucam. Ve eam aliqua eorum
lecta fuerint non negligantur, reprobentur
nonnulla aliqua videantur in transitu
ne sint odio incognita xxxvii d.
Sunt etiam quibus omnibus insistendum est
illis que aut politicam vitam, sive
in conviviali sive in aliqua ethice pre-
ceptis instituunt, aut procurant corporis
aut animi sanitatem. Vnde b. Bernardus super
Canticum sermone xxxvi ita dicit: Est per-
fectum quo ad se omnis scientia bona cum
veritati subnixa sit, tu autem qui cum
timore et tremore tuam operari salutem
pro temporis breuitate festinas ea scire
amplius curato que senseris vicini-
ora saluti. Non dico tamen doctrinam

Gramaticorum et dyalecticorum ac
aliarum liberalium artium forca scolastica
comprehendam ut recte loqui per grammaticam
et inter verum et falsum per logicam possint
iudicare xxxvii di. Sacius grammaticam
quia teste b. Ieronimo super epistolam ad Titum
Eorum doctrina ad vitam proficit dum fuerit
in meliores usus assumpta. Cum enim
Epius ex eo quod nugas dicit grammatici
nec Donati audiendum a dignitate
sint remotus pontificali. De eo et ipse
c. ult. Unde et secularium litterarum
ad intelligentiam sacrarum scripturarum
ostenditur fore necessaria xxxvii di.
relatum. Alii tamen sunt qui toto inter
nisu sunt amplectenda. Ut canonum
libri quos ignorare non licet maxime
sacerdotibus et hiis qui divinis ascripti
applicantur xxxviii di. nullus et c. que
ipsis ubi dicitur. Si in sacerdote scientia
canonum defuit sacerdotis nomen in eo
vix constabit. Omnibus itaque alterius
consilio ut promovendus acquisita li-
beralium artium notitia quantum sibi suffi-
cere videbatur scolas canonum accessit
quibus nedum suo profectui consuleret
sed et reipublice deserviret. Ubi plurium
annorum decursu vigilanti perseverans
quantum profecerit non est opus verbis quia
facta probant declarare. Est enim va-
lens causarum patrocinator pro iusticia
defendenda ac tuenda quod quantum meriti
sit ondit (ostendit) lex dicens quod non minus tales
prodesse generi humano quam si patriam
armis defenderint. C. de advocatis diversorum
iudiciorum l. advocati. Et notatur de voto et voti
redemptione quod super hiis. Magister Cirge-
ribus ipsius mutatum ut actibus suis maior
assit auctoritas pro honore dei operatur et comodo
reipublice auctoritate eiusdem et privilegiorum
Sedis apostolice ac Bancorum in x pri et de
dominum Sbigneum divina gratia episcopum Cracoviensem alme
universitatis cancellarium concedo sibi gradum bacca-
laureatus seu incipiendi ut possit legere dictare
ceteraque actus ad hunc gradum spectantes exercere
In nomine patris et filii et spiritus sancti amen.

Et quia teste philosopho primo
Ethicorum. Rebus de quibus loquimur
congruos oportet esse sermones. Ea-
propter cogitanti michi quibus et qua-
libus verbis Venerabilem virum dominum docto-
randum ad petitionem insigniorum docto-
ralium condigne animare et alloqui pos-
sem quis appareret, quid sit hoc ad
quod ipse promoveri debeat quod profecto
honoris dignitas excelsa et ob id
in humilitate cordis est assumenda.
Dicit enim Sapiens quanto maior es humilia
te in omnibus. Eccli iii°. Est insuper fru-
ctuositas multa et ideo quamvis labore
videatur plena fervore tamen caritatis
ob honorem dei et proximorum proxim-
ique non est fugienda. Unde et si deterret
ponderis laborum, delectet tamen meritorum
multitudo premiorum. Dicitur itaque quod
scribitur Ysa. xl. Super montem excelsum
ascende. Reverende pater Doctores et magistri
eximii, certum quod spectabiles dignitate statu
dignitate et ordine. Domini secundum
b. Gregorium xxxiii li. Moralium c. primo
In sacra scriptura nomine montis plura
significari congruit, tamen secundum eundem
li. xx. c. vi°. Doctores et predicatores
ecclesie patres montes vocantur, eo quod
per vite celsitudinem et intellectus eleva-
tionem yma terrarum deserunt et celo proxim-
quum sunt. Dicit enim glossa super verbo premisso
Tu celesti predicationem et doctrina utitur
yma iam terrenorum operum deserens
in rerum culmine stare videtur tantoque
facilius subditos ad meliora pertrahit
quanto per vite meritum de supernis clamat.
Quid ergo mirum si doctorando dicatur.
Super montem excelsum ascende. Primo
animo insuper vallia et a vallibus
ad moralia transcamus. Nam quicquid
modum experientia edocti agnoscamus
quod via montuosa et sublimis

-ssior est et difficilior quam simplex et
plana iuxta illud primo Regum xiiii. Ascen-
dit autem Jonathas reptans manibus
et pedibus. Pari forma ad hunc gradum
non nisi flagranti et laborioso studio
pervenitur. Mons etenim sapientie altissimus
uno quasi inaccessibilis est. De quo
ipsa de se clamat: Ego in altissimis
habito. Eccli. xxiiii. De cuius etiam alti-
tudine dicit Augustinus ad Orosium: Ampli-
nistiorum umbraculis occulta latet sa-
pientie altitudo. Hinc est quod lex primo data
fuit in monte Exo. xxiiii. ubi dixit
Dominus ad Moysen: Ascende in montem
etc. Et ideo volenti ad hunc montem statum
doctorum attendere non sufficit planam
et simplicem viam ambulare, sed opor-
tet per elevationem intellectus et ingenii
exercitium sursum ascendere et reptare ma-
nibus et pedibus. Hec est cordis affe-
ctu et utili omnium virtutum exercitio per an-
quo adeo attenditur est affectus sive
desiderium xxiiii. q. i. que dignior manu
uo virtutum opus vacat. De pe. di. unico
c. uno et horum unum sine altero parum
prodest lxxxvi. di. Non satis. Cum igitur
pedibus et manibus quis ad sapientiam
attendit cum animi affectione eam inve-
stigare desiderat, licet partim ieiuniis
non vigiliis, non vacat ocio, sed in omni
virtutum exercitio perseverat. Officium namque
doctoris katholici est ut doceat, ut
moneat, ut placeat, cum quo virtutum or-
namento tam mitius quam certius contra
perversitatem inclarescat ut ait Augustinus
de doctrina christiana li. iiii. Unde et corporis
situs in ecclesia dei perpetuus indicatur
de here. cum quinisexto, quibus ad montem
collatis licet concludere quod status doctorum
& 3 monti excelso comparatus reddit ceteris
prestantior ex tribus: primo propter cogno-
scibilium intelligentiam copiosam. Secundo
propter virtutum exuberantiam gratiosam.
Tertio propter quod est consequens ad supra-
felicium retributionem excellentiam glo-
sam iuxta triplicem effectum gratie

Quia videlicet dat esse divinum, facit
opus iusto meritorium et ipsum opus remu-
nerat ultra condignum. Unde in psal.
xxxi. dicit: Intellectum tibi dabo quantum ad primum
et instruam te in via hac qua gradieris
quo ad secundum, et firmabo super te oculos meos
quo ad tertium.
Dixi primo quod status doctorum monti
excelso comparatus ceteris prestantior red-
ditur propter cognoscibilium intelligentiam
copiosam. Unde dictum est Regum ii. Reg. xiiii.
Tu autem sapiens es sicut habet sapientiam angelus
dei, ut intelligas omnia super terram. Hoc
autem est esse divinum et primus effectus
gratie quo potissime deo assimilatur.
Gen. iii. Eritis sicut dii scientes bonum
et malum, xxxv. di. Ab exordio. Et dominus
dixit ut ibi sequitur: Ecce Adam factus
est sicut unus ex nobis sciens bonum et
malum. Unde et nisi dominus reliquisset
nobis hoc semen intelligentie sicut So-
doma fuissemus et quasi Gomorra
similes essemus, Ysa. i. Et Seneca epistola xvii dicit:
Otium sine litteris mors est et vivi hominis
sepultura. Et Boecius: Quid enervatius
ignorantie cecitate quod dicit nichil, quam
ignorantia scripturarum, ignorantia christi
xxxvii. di. Si iuxta. Quid autem dampna-
bilius quam hunc ignorare et per quem
vel amare quem cognoscere est vitam
eternam habere Joh. xvii. Hec est vita
eterna, ut cognoscant te solum verum deum
et quem misisti Jhesum Xpistum. Quid insipi-
bilius quam hunc nescire, quem omnis
creatura clamat et quem docet ut ita di-
cam violenter ipse agnoscere impellit
ut enim dicit Policraticus li. ii. c. xviii.
Stultum est ab eo quod racioni apparet
dissentire et inmisisse videtur temera-
rium leges pervertere nature. Nam eius
sinu creatorem omnis testatur creatura
Dialetice deducit Abbas Joachim in
sua Analetica maiorum li. primo c. x. ubi ait
Res representant a rebus faciens a
factoribus eam dicit esse rationem

Omnia visibilia ex invisibilibus exierunt
et exemplata inde traxerunt originem
formam et speciem. Que diligenter inspe
cta patenter suum artificem prodit
et probat eius potenciam qui cunctam
molem de nichilo fecit. Et indicat
sapienciam eius qui diversa loca disposuit
singulis, commissa necnon efficacissime
ingerit et adorat bonitatem eius qui
utilitates/ vires/ efficacias/ rebus et
naturis affixit. Unde est quod invisibilia
dei per ea que facta sunt intellecta con
spiciuntur. sempiterna quoque virtus eius et
divinitas. Ad Ro. primo. Hoc quo inferior
quod inane est considerare res in eo
quod sentiunt quid in eo quod sunt et inde
inseruntur. Ad utilitatem sunt seduci
mur in errorem et inducimur ad
peccatum. Unde etiam quod propter
labilem vel temporalem detinentur a
rebus quas [illegible] cordis et quibus
apponimus cor quia plurimum sentimus
pulchritudinem et delectacionem que in
rebus est. Quin enim a quo illa sunt
et quicquid iocunditatis est in illis.
Si enim ydonei estimatores sumus pul
critudinis potius oportet nos et pergere
in illum, ubi tocius voluptatis
tatis perpetualis et substancialis est quam
in rebus ubi [illegible] ubi semper
nichil est. Deinde sicut creaturam non
sibi dedit ut esset sic quicquid placet
in illa aliunde accepit ut haberet
Hec ille. Et ex scriptura divinitus inspi
rata rerum significaciones in quibus spiritualiter
loquentes assumit. Unde crebrius
magis perimus esse significatos
rerum quam spes, in tali consideracione pre
sali, si monemur delectacione carnis
si secundi ducimur aviditate si pom
pis ambicione torquemur ab illo
speremus qui habet delectaciones in dextra
sua usque in finem. Psalmus xv°.
qui docet hominem scienciam. Quod nec
auris audivit nec in cor hominis a
scendit. I Cor. ii°. Quam dedit potestatem
filios dei fieri hiis qui credunt in no
mine eius. Johannis primo. Ex hoc ergo de hac
sorte [illegible] rex venit Mathe
de Cruce in suo dyalogo racionis ad
questionem Cur res corporales sit fac
tam delectabiles et allective ita dicit
Si delectabilitas dei infinita inta
bilis investigari debent necesse erat
aliquas res creari delectabiles quibus
ex magnitudine delectacionis in carne
conicere magna delectacio spiritus que
difficulter quia racio est debilis percipitur
ex illius delectacionis vilitate que
fit in carne melius sapiat. Si enim
in vili fedo et producto ac per hoc
penali opere carnis est tanta delectacio
ut dicit carnalis homo quo non est
nobilissimo opere spiritus, scilicet coniunctione spiritus
cum deo qui est summe bonus et de
lectabilis, incomparabiliter minor de
lectacio credetur. Etc. Quo creatura p
viter forma bonitas potencia sa
piencia et bonitatis quantitas pa
tenter arguunt creatorem. Et dicitur Sapiencie
xiii. Vani sunt omnes homines
in quibus non subest sciencia dei et qui
ex hiis que videntur bona non potuerunt
intelligere eum qui est neque operibus
attendentes agnoverunt quis esset ar
tifex eorum. Et multo creaturis eminen
ciis sublatis quarum si specie delectati
deos putaverunt sciant quanto hiis
dominator speciosior est. Aut si virtutem
et opera mirati sunt intelligant
ab ipsis quoniam qui hec constituit fortior
est illis a magnitudine enim speciei
et creature poterit creator earum
cognosci. Unde Augustinus super illo psalmo
Circuivi et ymolavi etc. Anima di
gne laudet hoc quod in nobis viget
corpus membra movens sensus excitans
memoria tam multa complectens

intellectus tam multa discernens
Si inspicis celos magna sunt opera eius
Si inspicis angelos mira dignitas
eius quia in quibusdam ardet a-
more in quibusdam sapiencia fulget
in aliis vero potestas in ministrando
excellit Si inspicis terram mare et omnia
que in eis sunt quid horum considera-
tio aliud concipit nisi laudem artificis
cuncta potentis omnia ergo omnibus intelligere
volentibus deum referunt et si quid
in eis est quod delectat ipsius summam
bonitatem quis laudat Hec ille Sed
nunc per psalmum hoc ipse huius cognitionis
nec status doctorum menti ecclesie
comparatur ceteris prestancior debeat
iudicari Vnde mirum cum ipsorum sit
sugere mel de petra oleumque de saxo
durissimo glosa id est dulcedinem et pingue-
dinem fidei et caritatis et solidam
doctrinam Hec autem que dicta sunt
tamen valeant racione ut prima appa-
reant Sed et primissimorum unde consideran-
dum secundum apostolum inflat nisi fuerit sapore re-
sapere condita et igne caritatis decoc-
ta Qualis ergo sit sciencia verorum doctorum
ostendit beatus Gregorius xi libro moralium super illo
Iob Auris verba diiudicat dicitur
Verba sapientie que reprobi audiunt electi
non solum audiunt sed etiam gustant
ut eis in corde sapiat quod reproborum
non mentibus sed solum auribus sonat
Aliud namque est novitatem cibi audire
aliud vero degustare electi itaque cibum
sapientie ita audiunt ut gustent quia hoc
quod audiunt eis per amorem sapit
Reproborum vero sciencia usque ad cognicionem
sonum pertendit ut quidem veniens
audiatur sed hoc quia corde attendunt
frigido et mundialis concupiscentie
oblectamentis occupato qualiter sapi-
ant ignorant Aliud itaque est

de deo aliquid scire aliud vero quod cognoscit
sumere intelligentie degustare Vnde et
ipse ibi sapientes dicuntur cum res sapiunt
prout sunt et qui res sic diligunt
prout sunt diligende Et hec est secundum
ipsum sciencia verorum doctorum quorum etiam
nec facta sed et verba sapienciam redolere
debent ut quicquid loquerentur esset
salubre salutiferum quicquid agerent
esset sanctum et iustum qui dati sunt
in opus ministerii ad consumacionem sanctorum
et edificacionem corporis Christi de quibus ad Ephesios iiii
sic xxi q. v. adiciamus Quod Sal-
vator dicit Sal habete in vobis Marci
ix xliii di. c. Sit rector ubi per sal sapiencia
ubi designatur Sapiencia itaque illi adesse debet
qui aliorum directionem gerit et in se fer-
vorem debet ostendere qualiter in domo
dei alios oporteat ambulare Vnde propter
Salomon Rex populi dei regendi haud
tanto flagrancius a deo exposcebat
quanto sine hac subditorum salutem se
nequaquam utilem cognoscebat et quam non
divicias non longam vitam neque
Sed sapientiam a deo petiit impetravit
iii Reg iii xxxvi di. c. Ecclesiasticus
ergo de illis fiat qui nedum non habent
legis scienciam sed etiam repellunt a se
sapientem doctrinam Vnde vilissimum
comparandum est qui non pollet scientia
et sanctitate qui aliis honore prestituit
hec est i q i vilissimum Et dominus per
prophetam dicit Tu inquit repulisti a te
scienciam et ego te repellam ne sacer-
docio fungaris michi Osee iiii c.
xxxviii di. Omnes psallentes in fine
Hec itaque animadvertens dominus docto-
randus in hac alma universitate
manens doctoralis ingenio attentus
in exercitio benivolus in animo sic cum
debito studio scienciarum et virtutum ut
per disciplinam laudabiliter vivens
mores tuos sancte componens nullam scientiam

vnllum scripturam vilem reputans
a nemine esse quod saluti quomodo quo
accomodum foret discere erubescebat
Sed exemplo moysi qui in omni
sciencia egyptiorum et caldeorum eruditus
fuisse legitur toto conamine sine auro
sapie sine argenti elloquencie a
pud philosophos et poetas invenire po
terat in vsum salutifere erudicionis
conuerte satagebat. Ideo enim ut ait Jo
achim. li. ij. c. xj. Imprudentie est
multis libris applicare operam cum ex
multis intractabilius sapientiam faciles
sit. quod pauci vix posteriora doc
tores apparent ... hec dicta
quod status doctoris reddit ceteris
prestantior per cognoscibilium intelli
genciam copiosam. Et hoc de primo
Dixi secundo. Quod status doctoris
virtutis excelso comparatus reddit ceteris
prestantior per virtutum exuberanciam gracio
rem ut ait Demostenes. Doctoris
status omni perfectione debet esse deco
ratus vniuersa quoque morum honestate per
clarus. Ideo etiam doctores katholici
debent esse viri dimicantes in ciuitate
dei virtutum viri dei agentes in terris
quorum vultus semper debent esse in ben
dictionibus, quorum etiam oleum pietatis
in capitibus non debet deficere sed semper
consistere. quia vnguentum in capite
descendit in barbam Aaron psalmo
Cxxxj. Cuius nomine intelligit
discipulos et doctores. Morum etiam
officij ut dicit b. Bernh. super Canticam sermone
xlj est. ut se vbique exhibeant officio
sos affectuosos graciosos et affabiles
tractabiles ab hominibus et in omnibus
bonum semper testimonium habentes. Non velit
ergo hunc gradum sed sunt verba Gregorii
po. li. Moralium c. xxxiiij. omnis vir
tutis ... contrariam quia
minorum vincuntur ... virtute

cito deserunt si non sibi alia virtus suffra quod vna virtus sine alia non habet
gantur. minor enim est sapientia si intel
lectu careat et valde inutilis est intellectus
si ex sapientia non subsistit. quia cum
altiora sine pondere sapientie penetrat
sua illum leuitas grauius ruinis subleuat leuitas
uat. vile enim est consilium cui ro
bur fortitudinis deest. quia quod
tractando inuenit. carens viribus
usque ad perfectum operis non perducit. Et
valde fortitudo destruitur nisi per consilium
fulciatur quia quo plus se posse co
gnouit eo virtus sine racione modera
minis deterius in precipiti ruit. Nulla quoque
est scientia si vtilitatem pietatis non habet
quia dum bona cognita exequi ne
gligit sese ad iudicium arcius stringit
Seruus enim sciens voluntatem domini et
non faciens multis plagis vapulabit
Luce xij. Et xxiij. q. iiij. ca. vindicta
Valde inutilis est pietas si
scientie discretione careat. quia dum nulla
hanc scientia illuminat quo misereatur ignorat
timor quoque nisi fulciatur perdet virtutibus
fuit ad nullum procul dubio opus bone
actionis surgit quia dum ad cuncta tre
pidat ipsa sua fortitudine a bonis
omnibus torpens vacat. Quia ergo ab alterna
tiuo misterio vna virtus fulcitur ab alia
et vna dempta alia nouerit virtutis
amittere. Ecce quod status doctoris vni
versa morum et virtutum honestate debet
esse preclarus dum et si iste gradus ex hac
virtutis excelso comparari posset
quia per exuberanciam virtutum que
in eo requiruntur difficile ascenditur
virtus enim est circa difficilia ij Ethicorum
Quesse tamen videtur eius quedam singularis
difficultas ut in ipso habitus con
sistit quibus in ipso perissime requiritur
requirat. Et maio. et alibi similis
doctrina iugiter et xl vj dist. Habet
hoc valde itaque difficile est vi
ros scientificos habiles esse. quia

quod difficile est doctores esse humiles et cetera per manifesta

tiles ut quidem etiam in bonis utilibus sunt excellentiores. Dicit autem Wilhel. in li. de univ[er]so, quod utilia et sancta de omnibus sunt periculosiores. Solent provocare et gignere superbiam, unde scientia si sola fuerit. Dicit glossa super illo Scientia inflat i Cor. viii superbire facit, nisi caritas quod scientiam videlicet ex se possessio vitare superbiam. Dicit enim glossa super illo. Loquimur deo quasi hominibus placentes. Vanam laudem vitare non possumus nisi tunc hoc in nobis efficere desinunt. Et si enim facile sit illam non cupere cum negatur, difficile tamen est ea non delectari cum offertur, propter quod dicit Aug. super illo. Precipe divitibus non alta sapere i Thy. vi. Grandem esse autem, quia in divitiis suorum morbo superbie non temptetur. Non autem temptare, qui non ideo se magnum putant, quia dives est in suis. Sed pulsat hoc Questio autem qui quidem. Que sunt illa ex quibus difficultas humilitatis provenit in talibus viris. Ad hoc dicendum quod ex
1. multis occasionibus superbia ut cancer serpit in eos. Et primo secundum Ieron. · 14. Nam
2. alii ex eis tres sunt... quia alios
3. provocant ad discendum · Item quia ipsis scribentibus assentiunt alii, ipsis loquentibus silent alii, ipsis imitantibus permanent alii, ipsis docentibus garrulis imponunt modus loquendi, sic quod respectu eorum omnes alii apparent quasi
4. lutum esse ignari. Quarto quia propter ingenia aliorum intenta videntur quod divinis muneribus inmanitatum sic quod nec opus est ut ab aliis doceantur
5. quo intelligant scripturas. Quinto ut dicit Ieron. in quadam epistola. quia scitum est omnibus eos amare, suscipere, colere, mirari et eorum dicta quasi opera defendere et tueri. Nam si dicta

opera examinentur, clara est in fortibus quam videtur subtilia. Si alicui argumento non cadunt auris manet quia sentiunt superabiliter. Et si se aliter derimendo facere sunt prudentes. Dicit Ieron. Nonne notum recitancium merite. Certe quam difficile est eundem secundum humilitatem in viri nite quaerari. Unde et ex virtutibus superbia nascitur, quam multi quod alto statu virtutum in superbiam corruerunt. Et quod auctor abusio potest invenire in quarto vicio. Dicit Wilhelmus quod ex superbia ex suo contra nascitur. Nam multi de sui humilitate intumuerunt. Ex quibus colligitur vicium monstruose oriri in hominibus quia nascitur ex contrariis, cum minuitur crescit. Cum deficitur redit. Et tunc sit pondus spirituale levit sursum et facit ascendere. Non suffocat salubritatem, quod celestis est, neccam, non mortificatum articulum vite, quia latet in celico et cinere. Ut dicit quidam glossa super Psalm. i Zivia tamen sancta eius humilitate modo premisso decertare dicit. Necessarium tamen est vincimus et potissimum doctorandum quia doctorati modo alias dicatur, et ceterum non nisi ab primis viris humilibus ascensum habeant. Tamen etiam quia humilitatis pia, ut dicit Aug. tractatus illud. Ad deum autem non appropinquat approximabit, non aliunde nisi a Christo emanavit qui altus existens humiliavit. Ad Philip. ii. Quia eius esset deus maiestatis parcentibus absconditum. Luc. ii. Quia omnia sciens doctores audivit ibidem. Et xxxvi di. c. Ecce. Nam per omnia absque peccato fratribus factus simile, multa didicit per experimentum Ad Hebre. v. propter quod ad divinorum scientiam alia pro humilitatem non habet viam. Unde omnibus de divinis aliquid scire volentibus verax magister et deus dicit Discite a me quia mitis sum et humilis corde Mat. xi. iiii q. vi. Nam si scit.

8

Hinc ergo doctorum et magistrorum tanquam ma-
gestatis ineffabile celum terra maria et
omnia que celi ambitu continentur arguunt
et ordinant. Ideo debet omnis qui do-
ctoris katholici nomen gestit incorrupti
ut quisque intelligat nomini suo attribuat
quicquid dicat aut faciat non ad inanem
gloriam sed ad laudem eius in cordis
humilitate retorqueat, ita ut in eo celi
glorificetur deus. Et profecto si velit tempe
talis est in doctorandis, qui diu
per plurima temporum curricula tam in
philosophorum quam canonistarum scolis instructi
quasi redundant. Tamen ad hec sufficit
in omni mansuetudine et humilitate
studeant reflorere nulli molestus
gravis aut turbulentus, quia eorum
ad veram vitam pertinet professionem
tenebatur amplecti dignum reputans
ut eorum in statu perficiat tamen in
virtutibus et moribus refloret. Ut
quemadmodum in libro porphyrii asc-
endo a specialissimis ad generalissima
olim student colligere multitudinem
in terris et signis. Sic ascendendo de
gradu inferiori ad supremum in se aggregant
virtutum copiam in rebus et signis
unde et hic dixi quod status doctorum
redditur comparatione quod unum exuberan-
tiam graciarum et hoc de secundo

Dixi tercio et ultimo quod status do-
ctorum nonnullis excellentissimis comparatur redditur
ceterorum prestancior propter felicium celebri-
tatem excellenciarum gloriarum. Hii enim
sunt qui in ecclesia dei velut sple-
ndor fulgent firmamenti et tamquam stelle
in perpetuas mansiones eternitates ad
iusticiam plurimos erudiunt et obscura
scripturarum declarantes ad vitam
eternam promovent. Et magis super
speculam et ob id merces eorum co-
piosa est in celis, iuxta illud: qui

me elucidant vitam eternam possidebunt
Ecclesiastici xxiiii. Verum et si qualis non est
beatorum animabus glorie et leticie quibus
lingwa hominis non sufficiat enarrare
iuxta illud: Nec oculus vidit, nec
auris audivit, nec in cor hominis
ascendit i Cor ii. Duplex tamen descri- duplex remuneracio scilicet aurea et aureola
bitur remuneracio beatorum in patria.
Una essencialis que respondet non
generi aut operis sed radici caritatis
et hec dicitur aurea et est communis omni-
bus. Alia est remuneracio specialis
et accidentalis que debetur ex genere operis
et quia superadditur, ideo vocatur aureola.
Respondet autem hec aureola non cuilibet
operi meritorio sed solum excellenti et
privilegiato, que tria sunt secundum tria
excellentissima opera trium anime poten-
ciarum, scilicet racionalis concupiscibilis et
irascibilis. Excellentissimum autem opus
racionalis potencie est predicando veritatem. Excel-
lentissimum opus concupiscibilis est observacio
castitatis virginalis. Sed irascibilis potencie
opus excellentissimum est passio mortis.
Ex quo patet quod solum tribus generibus
hominum debetur aureola, videlicet martiribus,
virginibus et predicatoribus sive doctoribus
katholice veritatis propter excellenciam victorie
quam in spirituali bello habuerunt. Mar-
tires enim vincunt mundum, virgines car-
nem, doctores diabolum, quem non solum
a corde proprio verum etiam a cordibus aliorum
doctrina sua expellunt. Per hos enim sa-
lubria documenta alma mater ecclesia
illustratur, decoratur virtutibus et moribus
informatur, per quos insuper tamquam luminosas
ardentes lucernas super candelabrum in
domo domini positas errorum tenebre
effugantur, totum corpus ecclesie tamquam
sydus irradiatur matutinum et reliqua.
Et vere sancte unico liber vi. Unde et
ipse in sacro eloquio nonnunquam prophete

vocant aliqui dicit erit rector. Ceterum sic
pena in reprobis, quia hic incipit
continue methelomum duratura iuxta illud
deutro. xxxii° Ignis succensus est in
furore meo, et ardebit usque ad inferni
novissima ii et ei vii de consecr. Sic
eciam in dei electis remuneracio que
hic inchoatur, eternaliter postmodum perma-
sura. Ubi et bona gloria. Verum docto-
ribus preter dicti premii concessa in premium
in hac vita talia ratione data dicuntur ele-
ctis in hac vita in pignus hereditat-
tis ad Ephe. p°. Non est enim intelligi-
endum aliquid dictum meritum et causa me-
rendi iuxta illud prover. xx et ponitur
xxiii q. vi videtur in fine. Da sapi-
enti occasione et sapiencior erit.
Legalis eciam censuit auctoritas docto-
res specialibus prerogativis privilegiatos
esse. Primo in hoc quia excusantur a
muneribus eciam realibus C. de professo.
et medicis l. medicos. Secundo quia doctor
ad iudicium invitus trahi vel exhiberi
non debet, eciam in casu ubi alius traheretur
dicta lege medicos. Tercio quia iurisdic-
cionem habet in scolares suos, ut in pre-
sentis. ff. si quis ... Quarto quia eum sequitur
doctori per pressidem, non filius patris
vocandus est. C. de offi. diversorum
iudi. l. ~~ult~~ ~~Quinto~~ quinto quia ei non debet
vetari ingressus in curiam principis
sed debet admitti eciam ad secreta iudicum
C. e. l. ult. Sexto quia vehiculo ~~Sexto quia vehiculo~~
~~potest uti in ea urbe in qua est imperator~~
cuius solius testimonio credetur. Super
piura descripsit C. de advoca. diversorum
iudi. l. nemo. Sexto quia vehiculo
potest uti in urbe hac in qua est
imperator ubi alius ~~alius~~ hoc non possit
... C. de hono. vehicu. l. i li. xi.
Octavo quia eo ... quo per viginti
annos legit comparatur duci et

Ubi alius hoc non possit
C. de hono. vehi.
l. i li. xi. viii quia
eo quo per xx annos
legit comparatur duci
et comiti C. de co-
mitibus et archia-
tris l. i. 9no quia eius
iniustitia est probabilis
et ei statur nisi in
contrarium obtineat iure

Comiti C. de comitibus et archiatris l. i
Nono quia eius iniustitia est probabilis
et ei statur nisi in contrarium obtineat iure
Not. de postula. pla. c. i. C. de legibus l. i.
Addunt quidam decimum privilegium quia
huius propter opinionem doctorum relevatur
ab expensis quas sustinebat in ea Not.
de appella. ut debitus. Nunc ergo ex his
que hactenus sunt dicta liquet quod status
doctorum multo dicat pre ceteris excellencius
superiora intelligencia sublime elevatum
ultima aggregacione corporis coagulatum
ac felicium retribucionum premio glorie inpinguatum.
Quo pacto insidet nunc finem
verbis imponendo, et cum doctorandi
ex his que premissa sunt accedit, quatenus
cum nomen ascendat invitus. Et for-
tassis divina dispensacione agitur ut quemad-
modum quidam in scolis Aristotilis ince-
ptavit, insignia magistralia receperat
nunc in scola Christi kathedra doctorale
ascendat et eiusdem recipiat insignia
quatenus tam sibi glorie ubi thema intitul
annunciet nisi quod a Christo habet. Cum tamen
ea que ad gradus requiruntur sufficiente
ex his que supradicta sunt in ipso concur-
rant. Non licet ut lucerna huiusmodi po-
natur sub modio sed super candelabrum
ut ceteri lucem valeant contemplari
quatenus sic quasi unus ex nobis operans
in vinea domini Sabaoth retribucionem
denarium unanobiscum post hanc vitam
pro nostris laboribus in celestibus recep-
turus. Exurgat. Ut insignia doctoratus
predicta recipiat, voco ipsum ad kathe-
dram doctoralem dicendo verba
thematis prerassumpta. Super montem
excelsum ascende in honorem
nominis Christi perpetua benedicti amen.

Expedito primo principali veniendo ad
secundum officii mei est dominum doctorandum
petentem insignia doctoralia animare
et quia ad culmen gradus fastigium
iudicio et examine illorum quorum inte-
rest dignus ac sufficiens acclamatur Ideo
pro ipsius animatione assumpsi quod
scribitur ii Cor. xii et legitur in dominice
circumcisionis officio et tangitur vbi in parte
decretorum v q v vbi dicitur Sufficit tibi gratia
Reuerendi patres doctores et magistri egregii
ac ceteri domini honorandi locuturus de doctorum
catholicorum sufficientia non inconueniens estima-
ui esse de ipsis scribens beatus Jeronimus
in quadam epistola inquit Sunt sic exclamantes
alii crescunt sunt qui alios pruriunt
ad discendum qui ipsis scribentibus assen-
tiunt alii ipsis doctrinam garrulis impo-
nentes loquendi sic quod respectu eorum
omnes alii apparent quasi laici essent
ignari ipsorum ingenia aliorum nimium
videntur quasi diuinis muneribus decorata
sic quod nec opus est vt ab aliis doctrinam
quis intelligat scripturas vnde et statu-
tum est omnibus eos animare suscipe
tole ... et eorum dicta quasi sacra
defendere et tueri Et ideo non mirandum
si doctorando dicatur Sufficit tibi gratia
Doctorum etenim ordo in ecclesia dei pre-
cipuus indicatur de here. et ex immenso
quibus ipsa veluti muro inexpugna-
bili bellatorum communita resistere aste-
dentibus exadiuso Nec clerici nec mona-
stica negotio se inmisce super specula quam
propter sedis beati Bruchar in quadam epistola ad
prepositum Armorum ipsi dicuntur esse viri diui-
ciarum in ciuitate dei vbi tamen vitae di-
rigentes in terris ciuitatibus plures dum
in ipsorum vnius cuestigia est collocan-
dus profecto bene dixi quia sufficiat ti-
bi gratia gratia inquam secundum beatum

Bruchar vbi supra per quam possit et
debet attendere quid gladio spirituali quid
censure ecclesiastice quid legi christiane
quid sacerdotali reuerentie quantumque debea-
tur diuino timori Et quia vt habetur
de magistris super specula principale officium
doctoris catholici est communicatum plurimi-
mos erudire Et beatus Augustinus in libro de
doctrina christiana dicit Doctores catholicae
vt doceat vt placeat vt moueat
Ad proponendum concludendum propositum pono 3
istum tripartitum propositionem Doctorandi
sufficientia ostenditur si virtus doctrine qua
in se habet aliis prodest si patens placet
et si placens monet Que tria pro-
sequendo reseruata vlteriori thematis pro-
positi diuisioni Dixi primo quod docto- Pulcrat
randi sufficientia ostenditur si virtus do-
ctrine quam in se habet aliis patet
dicturus enim sermone ad alios veri-
tatem doctrinam apud se habere debet
ne scripturis decipiat per ignorantiam au-
ditores per falsam expositionem aut
prauam intelligentiam ideo sermonibus
non pueri in ecclesia concessum est
loqui De vita christi Quemadmodum prop-
tum et annunciabit tibi maiores tuos
et dicent tibi Sat lxi di Miramur
ad finem Ut enim sunt qui argento
sacri eloquio discrete ministrat secundum
vniuscuiusque capacitatem quod Daniel per
dicit Vnumquemque bibebat iuxta
suam etatem non enim omnibus vna
competit medicina nec sapiens
medicus vno collirio curat omnes
oculos nec omnes noxios humores
curant vna potione cum legatur
de doctrina xxix di c vlt Denique
etiam debet esse Doctor sola et
doctrina quod cum prodest clauis aurea

Et non appereat quid sermo si non
differt aut verius moveat scient
Num xxiiij quando dns dicit hoc
loquar Hom Aug ii de doc xrna
Ut sermo est optimus quo fit vt qui
audit verum audiat et quod audit in-
telligat Et in eodem Quid prodest
loquentis integritas quam non sequitur
intellectus audientis cum loquendi omnino
nulla sit causa si quod loquimur non
intelligant quibus loquimur eum ob id
ut intelligant loquimur Qui ergo
docet vitabit omnia vba que non do-
cent et hoc quidem non solum in collocu-
tionibus sive fiant cum aliquo sive cum
pluribus verumetiam et multo magis in
populis cum primus sermo vt intelligat
instigandus est quia in collocutionibus
est cuique interrogandi potestas vbi aut
omnes tacent aut audiat vnus et in
eum intenta ora convertunt ibi vt requirat
quisque quod intellexerit nec mos est
nec decorum aut per hoc magna diligentia
tacenti subveniendum causa dicitur Ex quibus
colligitur quanta debeat pollere peritia
qui doctoris gerit officium in populo vt
etiam et singula vba examinet quibus
apud aliorum intelligentias fructum faciat
Et hinc perfecto difficultas operis docen-
di consurgit Dicit enim Gregorius Na-
zanzenus in apologetico Difficile
negotium est in tali multitudine vbi
est etas et institutio varia est dicta-
libus disponendis et velut ex multarum cor-
darum quodam cytharam ferientem mi-
nime et perite aptum ad omnium predica-
tionis verbum et ita veluti plectro
singulis admonere vt misericordie sonus
offendat auditum Triplici namque mo-
do cum in ecclesia docemus

predicationum pendet pendet ex sensu ex vbo
expandenti vt facile eveniat in uno sal-
tem aliquo si non in omnibus labi Aut enim
minus illuminatus est sensus aut ad
explanandum deficit sermo si sufficit aut
bene prolatum crassior non recipit
auditus et ex vno quolibet horum
horum fit in omnibus predicationum vitium
Et quidem in aliis quibuscumque studiis
et doctrinis scolis facile vel componitur
sermo vel recipitur in hiis vero non
scolis ipsa auditorum expectatio doctrinae
predicationum generat Unde est quod Hebreorum
seniores tradunt quod consuetudo erat
apud eos antiquitus vt non omni etati
omnis scriptura vel legenda vel docenda
committeretur Hystorias enim discebat a principio
scripturas vero que sub velamento littere te-
gebant aliquid sacramentum nulli ante
tricesimum quintum annum vel decem vel sexe
committebatur quod et ipsa antiquorum
exempla patulo ostendunt Joseph
etenim xxx annorum erat cum stetit in
conspectu pharaonis Genesis xli et capitulo xlii
descenderunt fratres Joseph vt emerent
frumentum quod in tempore fame
distribueret Beniamin puerum non
duxerunt secum Et Num xiij Caleph vir
etatis erat qui missus est per terre explo-
ratione et Ezech. primo xxx annorum erat
Ezechiel cum est ei missum divinitus
revelatum Et et Luce iij scribitur Jhesus
erat incipiens quasi annorum xxx
Ceterum autem nunc divulgati sunt
sermones christi et miracula et discipuli
Pytagore leguntur per primum quinquennium
tacuisse Sed perfecto omnia confusa sunt
apud multos in tempore quasi non sit
gradus ascendendi ab inferioribus ad superiora
a velamento littere ad intelligentiam spiritus
quasi nulla sit differentia inter doctorem et docen-
tem inter turbam et turbam vlla districtio

q illos / q non / alios / docet vo- / lut

Cum tamen quendam tribus vitia tor-
dantem, ceteris vero cetera retexerant he-
reditatem, et illa sunt apud nos confusa.
Sanctus Gregorius Nazanzenus qui dicit: Plu-
rimi ex nobis antiquos primos in fronte et
pondere pilos, in adhuc puerilem balbu-
tiem vix diuturni ingressi aulas antiquo-
rum sacrorum voluminum agnoscunt nomina,
antiquorum ora abluunt, et anime vita de-
pendunt, siquidem forte duos vel tres ser-
mones ex antiquis tractatoribus didi-
cerint, et hoc forte magis ex auditu
quam ex lectione admirationi volunt esse
et laudi, et publice iam posse. Nota advertere
tes illud Job viii: Hesterni sumus et
ignoramus. Nec moveri debet aliquis, quod
Jeremias et Daniel spiritum prophetie in pu-
erili etate receperunt, quia divina mi-
racula ad consequentiam trahenda non sunt
sed magis admiranda, in quantum huiusmodi obiicitur.
Et sanctus beatus Gregorius in Omelia super
Ezechielem. Aliud est quod nos de doctrine usu
et disciplina discimus, aliud quod de mira-
culo scimus. Et beatus Ignatius in Epistola
ad Magnesianos sic dicit: Daniel sapi-
entissimus xii annorum effectus spiritu divino re-
pletus est, et illos seniores canitiem
vanam gerentes calumpniatores et aliene
pulchritudinis appetitores esse manife-
stavit. Samuel etiam cum esset puer
pusillus nonagenarium Heli pro mer-
catorum redarguit, quod filios suos ho-
norificaret super deum. Similiter et Jeremias
audito domino dicente: quod juvenis sum ego.
Salomon quoque et Josias in juventute mi-
stici et sapientes in operibus suis appa-
ruerunt. Sed hec rara sunt, que singulare
sapientie privilegium et admiratione sunt
digna. Non tamen inficior secundum Sanctum beatum
Jeronimum quod in iuvenibus et adhuc soli-
dioris etatis in hiis dimicat qui labore
et ardentissimo studio virtutis testimonia

Et orationis ad deum frequentia seculi
consecuti sunt, vigeat sapientia, que
in plerisque senibus etate marcescat.
Ex quo et adolescentem multa corporis (sufficit)
bella et inter incentiva viciorum, et cu-
ius titillationes quasi ignis in lignis
viridibus, ut suum non possit explicare (suffocat)
fulgorem. Senectus autem eorum qui
adolescentiam suam honestis artibus in-
struxerunt, et in lege domini meditati
sunt die ac nocte, etate fit doctior,
usu rigidior, tempore processu sapientior,
et veterum studiorum dulcissimos fru-
ctus metit. Hec autem ceteraque hic ad-
ducta quam hiis congressibus prudentis debitum
doctorandi usque ad annos sue decrepite
etatis in sacrarum acquisitione processisse
consideramus. Quod utique patuit in eo
scientiarum peritia liquido demonstrat,
sufficiat ergo sibi gradu et tempore de primo (vite solum tercia)
Et hoc quidem non exquisiteham, aut (etas signum)
aliorum vetustate, sed magis ex volun-
tate in preeminens quo te audiant (bene)
quo te decipiunt. Unde dicit beatus Augustinus in libro
de doctrina christiana: Agat doctor verbis
placere quam verbis, nec estimet dicendum me-
lius nisi quod dicitur verius, nec doctor ver-
bis serviat, sed verba doctori. Et i Cor. ii:
Non in sapientia verbi, ne evacuetur crux
Christi. Sicut autem cuiusque corporis pulchrum
est et deformis animus, magis dolendum
est, quam si deforme haberet corpus, ita
qui eloquenter ea que falsa sunt dicunt
magis miserandi sunt quam si talia de-
formiter dicerent. Sicut eciam sanctus Bernhardus
in suo eruditorio beatam . . . quatuor (quatuor impedimenta doctoris ut sermo)
impedimenta sermonis quominus sermo (ipsius non placeat)
docentis placere possit, utpote si sermo
doctoris est nimis inordinatus, aut
nimis ordinatus, aut nimis ornatus,
aut nimis exstatus. Inordinatus est

Quando non procedunt doctores ex
propriis cuiusque facultatis. Sunt enim aliqui
primaria ut tribuatur quod suum est unicuique
scientie, non in grammatica disputent de ratione
syllogistica, sed prestat unamquamque ex
propriis principiis ut singula quoque locum
teneant sortita decenter. Nec usurpet ma-
nus officium oculi nec grammaticus officium dia-
lectici, non ea que accidunt tangentium
omissis propriis principiis et prius explanentur.
Sicut faciunt quidam irrisione digni
ut videantur scioli. De quibus dicit Hugo
in suo didascalicon: Nulli cum quod
suum est tribuere volunt, sed in singulis
omnes legunt. Hoc ut ipse dicit videmus
cottidie et dolemus: in grammatica de syl-
logismorum racione disputant, in dialec-
tica similes inflexiones inquirunt, libe-
rales facultates amissa libertate postea
in tantam servitutem evocantur
ut conventuli adolescentes cum im-
prudentes magistri usurpantes in
kathedra seniorum imberbes residere.
Et cum ad prima pervenerint Porphyrii
pagina, statim incipiunt de universalibus
essentiis non logice sed mathematice dispu-
tare, secundum sententiam apostoli .1. ad Thimotheum primo
aberrantes a veritate, non intelligentes
neque que loquuntur neque de quibus affir-
mant. Alii abiectis libris auctenticis
verborum zophismatibus cum aliquibus ara-
nearum tendiculis involvuntur, clamant philosophia
philosophiam vestes suas conscindi durius
et disrumpi, medicinam vacant turpe-
rem, et tam periculose quam prepropere ra-
piunt ad kathedram, quam experientiam et
ipse indigent. Si vero veniamus ad
materiam que [illegible] sunt tra-
ctanda, antiquiores sacri canones
abiciunt, respuunt et despiciunt et que in

Conciliis sanctorum patrum salubriter
sunt instituta, nec formant consilio
nec finem imponunt negocio, sed operi
obtinent eorum inventiones frivole. Puer
patri lapsu sunt etiam in confusionem
sacrarum scientia litterarum. Dum discipuli
solis novitatibus applaudunt et magi-
ster potius invigilat quam doctrine no-
vas texentes quam similas questiones
passim construunt, quibus auditores
suos demulceant, detineant et tandem
faciant delirare. Frivolas et alterius fa-
cultatis quod inserunt. Bibliam et
sanctorum patrum originalia non curantes
ignota et peregrina quamque sunt ap-
ponunt fercula, cum tauri in nupciis filii
regis tauri eius et altilia sunt occisa
Matthei xxii. Nascitur etiam ex ad horum
huiusmodi multiplicem vanitatem
sequitur sepius multiplicitas errorum
quia iste est inordinatus modus docendi.
¶ Ordinatus nimis est, cum nimis est
distinctus, quod vicium frequens est in mul-
tis lectoribus, qui sermones et litteram ita
in minima dividunt et distinguunt, ut con-
fundant memoriam et intelligenciam per-
imunt. Job xxxvi. Ut quid sine causa
vana loquimur? Vana sunt quia soliditate
non habent, et sine causa quia plus habent
curiositatis quam utilitatis. Unde Seneca
epistola ii: Facta quod exiguo et plurimam
in partes non nisi infinita dividendum
dividi cum illam non contradicitur utile est.
¶ Concitatus nimis est, cum sermo
nimis est velox et preceps, et huius-
modi multis causis est vituperabilis,
primo quia incompositus. Seneca epistola
xl docet philosophi pronunciacio sicut et vita
debet esse composita. Nichil autem
ordinatum est quod precipitatur et nimis properat.

Secundo quia non est ineptissimus. Senec. ubi supra
tradit homines dissimiles precepta dicunt
non tradentem quod fugit. Tercio quia
non erudimus [?] Senec. ubi supra. Oratio
que sanandis mentibus adhibetur
descendere in nos debet. remedia non prosunt
nisi morentur. Sic dicendi celeritas que
nec in sua potestate est. nec satis decora
doctori qui ponere debet verba non proicere
et pedetentim procedere. Sed nimis ornata
est. quando magis insistit falleris verborum
quam sententie rerum. et iste omnino tamquam vana
et inutilis fugiendus est katholico do-
ctori. pulcra enim mulier non indiget
ornatu cum satis eam ornet ipsa pulcritudo
sic nec doctrina katholica quia nempe
est ut propheticam et predicandam perfecta quoniam
docuit scriptura [?]. ut dicitur in libro
Augustini contra achademicos. Magis itaque
vacandum est ad perficiendos nos sensus quam
ornatus. quia sicut malle debemus
habere prudentiores quam formosiores
amicos. sic malle debemus veriores quam
disertiores audire. Symonetus xxxviii dicit
Modulo cibis subdit Ecclesiastica inter-
pretatio enim si habet eloquencie venu-
statem dissimulare ~~ar~~ eam debes et
fugere ut non ociosis philosophorum scolis. paucis
quam despexis. sed ad vincendo loquimur
hominum quam. Et beatus Augustinus in libro de
katheczizandis rudibus dicit. Maior est dele-
ctatio racione veritatis lucenti iam quam
[?] Et in epistolis Ieronimi
ad Alexandrum dicit feminae nec non ornant
ut placeant que ornamentorum cultum
pacius omni deponere quam honori ne-
scientes enim in audiencia augenda pulcritu-
dine plus affectare quam que male sunt
Sic profecto doctrina christiana non eget
adulterino suco verborum. sed sive veritatis

splendore contenta est. Si hic ornetur
precari suad et referatur ultimus ad christum
et salute hominum non despiciatur ipsius
plausibilem sonum congruitatem utique
est. xxxvii dicit legimus. Quod sic do-
ctrina doctoris katholici placeat et
terminum de primo secundo. placeat
Δ Quarti sermo quod sufficienter doctorandi
ostenderetur. si utilis quia in se habet
aliis patens placeat. Primus enim predi-
catio katholica non debeat esse vana
superba aut questuosa. quia sicut adul-
terine cogitacionis est reus intimus
qui appetit placere sponse christi minime
que eciam defert a sponso. ita est
de eo qui verbum doctrine aut predicationis
reflectit ad comodum proprium aut ad
inanem sive laudis. Tamen bonus doctor
debet sic appetere ut placeat hominibus
ut ex hoc audiatur libencius. non ut
se amari desideret. sed ut auditores in
affectum caritatis et virtutis trahat. et
dilectionem suam quasi quandam viam faciat
per quam auditorum corda ad amorem
dei introducat. Unde b. Gregorius in pastorali
c. xix dicit. Difficile est ut quamlibet recta
denunciet predicator qui non diligitur
libenter audiatur. debet ergo studere se di-
ligi quatenus possit audiri. et tamen
amorem suum pro semetipso non querere
ne inveniatur ei cui servire per officium
cernitur occulta cogitacione tyrannide
insultare. Quod bene apostolus insinuat
cum sua nobis occulta studii manife-
stans dicat. Sicut et ego per omnia
omnibus placeo. qui tamen rursus dicit
Si adhuc hominibus placerem servus christi
non essem. Placet ergo apostolus et non
placet. quia in eo quod placere appetit
non se sed per se hominibus veritatem
placere querit. Sic ergo placeat doctor aliis

querat non exadulacionem aut verborum
venustate sed magis ex veritate et uti-
litate ipsa in quo Popule meus qui te
beatum dicunt etc. ut supra
Undecimo tercio et ultimo que sufficiencia doctori
Movent — dei ostenditur Si vitae doctrine quam in se
habet aliis pateat monet Math. viii.
Homo sum sub potestate constitutus habens
sub me milites et dico huic vade et
vadit et alii veni et venit Sic ergo
delectandus est auditor ut teneatur ad
audiendum ita movendus est ad id quod
audit peragendum Unde secundum Aug. iiii et eciam
Tullium ita debet vir eloquens dicere
ut doceat ut delectet ut plantat flectat
Docere est necessitatis delectare suavitatis
flectere victorie Cum docere vult quidquam
non intelligit nondum se existimet di-
xisse quod vult ei quem docere vult quia
ei non dixit quem non intelligit Cum vero
delectare vult teneat auditorem et allici-
at ut delectabiliter veritate pascatur Et in
verbis non amet verbum sed verum Cum
vero flectere ad agendum vult flectit infle-
ctendo affectum audientis ut si amet
quod polliceris timeat quod minaris
oderit quod arguis amplectitur quod
commendas doleat quod dolendum exaggeras
cum aliquid letandum predicas gaudeat et
ita de diversis affectibus quod con-
siderare debent doctores et predicatores
in auditoribus ut sic flectant finaliter
debet enim doctor katholicus primo uti
affectionibus auditorum ut eos mo-
veat vel ad timorem vel ad spem vel
ad tristiciam vel ad gaudium Unde
Tullius in libro de oratore dicit Sicut
nulla materia tam facilis est ad igni-
endum que possit concipere ignem nisi
adhibeatur ignis Sic nulla mens
est tam ad comprehendendum vim

oratoris parata que posset incendi
nisi inflamatus et ardens orator ad
eam accesserit Hoc est quod quale in
hugonis doctrina secundum Gilbertum in parte
quarta tractatus sui erudimenti ut quis
ostendat et habeat in se affectiones illas
impressas quas alienis mentibus affectat
imprimere Unde Tullius verbis hincque apud
iudicem dolorem aut misericordiam aut
odium dicendo excitare volui qui ipse in
commovendis iudicibus hiis ipsis sensibus
ad quos ipsos adducere vellem permoverer
neque enim facile est perficere ut misereatur
ei cum tu velis nisi si tu ipse id leniter
ferre videaris neque ut oderit eum quem
tu velis nisi te ipsum flagrantem odio an
viderit neque ad miseracionem adducetur nisi tu
ei signa doloris tui verbis sensibus voce
vultu conclamatione denique ostenderis
Hec ille Quamvis autem huiusmodi affectio-
nes magnam vim habeant animos audi-
encium inflectendi Doctor tamen katholicus
summopere studeat ut ad virtutem quam
docet non tam verbis quam factis corda audiencium
moveat et inflectat Sic enim pro-
culdubio doctrina eius efficax est ad
movendum quam plus homines factis quam
verbis plus oculis quam auribus credunt
Et sicut dicit Gregorius in moralibus libro vii
Cum pravus non agit bona que loquitur
ei sermo subtrahitur ne loqui audeat
quod non operatur Et doctor qui docet
audet quod negligit agere Iussio dei
merito in bono lingwam non habet
qui habere bonam vitam recusat
Ecce iam vides quam potens quanta splendere
debeat perfectione doctorum status in
medium prepositi non quid ut qualis
esse debeat dominus meus doctorandus
habet ostendam sed quod ipsum talem
esse hunc venerandum cetum in predictis

declaracionem transsiuit [nacionis] p̄ris dnūs per
ignem et aquā rigorosi examinis
et ydoneus tam moꝝ et virtutum
elegantia ꝗ̄ scripturaꝝ pericia · illorum
quorum interest iudicio et approbacione
est repertus Ergo finem imponendo
vt dignus digne insignia doctora-
lia recipiat · voco ipsum ad kathedram
doctoralem ascendere ego vero opere
qua sufficit tibi gratia ad laudem
nominis xpī per secula benedicti amen

Et quia hic dnūs in pmouendis
hunc in medium venit quatenus suorum
actuum laudabilium pariter ~~pariter~~
et laborum propter fructum laudes et
honorem Sciunt etenim ꝗ legitime
pugnantibus pro actibus strenuis
et moribus castis deesse nō debeat
merces laboris et honor virtutis ·
Et cantemus hic de armis bellicis quibus
hostes visibiles impugnantur disserimus ·
et vilibus sibi opponentibus responden-
quemus et facto ostendere quam more
bellatorum · debita retribucione primo
premiandum sit debet · Incipit vt ad pro-
cessum suum consone ordiar Expedito
primo principali quantum ad secundum · pro
ipsius aliquali recommendacione premovi
digna premiacione assumpsi verba que
habentur primi Re · xviij · Bellator fortissimus
Reuerendi patres Doctores ac magistri
Egregij ceterique dnī spectabiles statu di-
gnitate et ordine secundum omnes Cano-
nicarum scripturarum euidenter colligo
ꝗ bella carnalia bellorum spiritualium
figuram gerunt xxiij · q · j · Nisi bella

In hijs eciam secundum Vincencium p° li° c xj
sive doctrinalis consistunt · et quanto fer-
vore · eciam peccatorum malicias · contra
spirituales nequicias · pro eterna felicitate
prius promissa · iam nō exhibita sit
pugnandum · exemplo illi priorum homines
secularis salutis eterne omino ignari ·
pro salute eciam temporali et gloria inani
tam strenue pugnaverunt Nisi etenim
vt ait b · Gregorius · bella ista carna-
lia bellorum spiritualium figuram gererent ·
nequaquam Iudaicarum hystoriarum libri
discipulis xpī qui venit · pacem docere ·
legendi in ecclesia Ecclesie fuisset tradita ·
quando eciam eius · bellorum proficeret ista
descripcio · quibus dicitur a dnō · pacem meam
do vobis · pacem meam relinquo vobis
Joh · xiiij · xxiij · q · j · c · ij · Vnde denique
sciens apostolus nobis iam vltra bella
nō esse carnalia peragenda sed amici-
ciam contra spirituales aduersarios ·
desudanda · velud magister milicie perp-
tuum dat militibus xpī dicens · ad Ephe-
vj° · Induite vos armaturam dei · vt
possitis stare aduersus insidias dyaboli ·
propter quod dicitur Job · vij° · Milicia est
vita hominis super terram · Quod decla-
rans b · Gregorius · viij° li° moralium · dicit
Vita hominis in hoc labenti seculo
nedum temptacio hic dicitur · sed ipsa
temptacio esse perhibetur Sponte quidem
a statu condicionis prime lapsa et
corrupcionis sue putredini subdita
dum sibi ex semetipsa molestias gignit
hoc est quod iam tollerat · ex eo
statim mentis prime deseruit · Quoniam
se nisi motu variabilitatis invenit
vnde nunc et si ad summa appetenda
se erigit · mutabilitatis lubrico impul-
sa protinus ad semetipsam cadit ·

velit in contemplatione stare sed non
valet cogitationis egressum fugere nititur
sed infirmitatis lapsibus eneruatur
Quietus homo carnis sue possidere
potuit si ab auctore conditore conditus
possidere voluisset cum ergo se erigere
contra conditorem studuit in securitate
carnis querimoniam invenit Sed quia cum
culpa simul ab origine etiam pena
propagatur inserto infirmitatis vitio na-
scimur et quasi nobiscum hostem
deducimus quem cum labore superamus
Evenit ergo quod militia est vita hominis
super terram Est contra vicia viriliter
dimicet non ocio torpeat sed activa
fortitudine contra peccatorum malicias
et spirituales nequitias more fortis bella-
toris potentiam assingat ut sic precavat
ad statum quietis amisse Bellamus enim
vere non ut bellemus sed ut pacem
habeamus xxiij q. i Noli Similiter
attenta ad questionem qua queritur quis
sit qui bellator fortis vere dici possit
2o premissa distinctione premissis pono
duas conclusiones Prima conclusio vera
fortitudo est adversus peccatorum malicias
lucta here Secunda conclusio Maxima
victoria est peccatorum malicias et
spirituales nequitias constanter debellare
Ex quibus sequitur corrolarium responsivum
ad questionem propositam hunc esse fortem
bellatorem qui cum nequitiis spiritualibus
constanter dimicando ad capiendum vite eter-
3o ne bravium se disposuit Dixi ergo in
prima conclusione quod vera fortitudo est
adversus peccatorum malicias lucta habere
dicit enim Tullius in sua Rethorica
Fortitudo vera sui acceptione est
periculorum susceptio et laborum perpessio
quod nimis in expugnando viciorum

malicias verissime invenitur Sicut enim
ex vita anime hominis habet bonum esse
ex quo fundamento virtutes procedunt
sic etiam ex infectione et defectu et
ex sua maxima libertate homo bonum vel
apparens bonum male diligit quod est origo
delectationum et passionum viciorum et
tanta est hec inclinatio in anima quod parvos
refricit amicos bonitatis igniculos a na-
tura celerius malis moribus pravis dele-
ctationibus erroneis opinionibus sic extin-
guuntur ut lumen nature minime apparere
possit unde Tullius in Tusculanis questionibus
dicit Ut editi et suscepti in lucem
simus mox in omni pravitate et perversitate
morum versamur ut pene cum lacte nutricis
errorem suxisse videamur Ex isto patet
quod cum quanta difficultate anima hominis
regulet ne in id quod male delectat se
precipitet cum quanto labore in asiduitate
cum se in oppositum reducat quotiens
cum tristicia oppositum illius quod delectat
se paciatur antequam ad habitum perfectum
pertingat Item est fortis per quam bellator
peccatorum fortiter elidit quia cum omnes est
circa passiones et operationes in quibus
superfluitas vicatur defectus vituperatur
medium diligitur et laudatur Et secundum philosophum ii
Ethicorum multa est fieri per circa vitio
vinco (?) tam diligentie homo diligit in medium
esse quanta pugna committitur antequam
delectatio apparentia contraria superetur
Sequitur secundum philosophum ubi supra ea ad que
inclinati sumus medio contrariantur Difficile
est ergo non admittere quia nos ad ipsa
inclinant xij q. j Omnis etiam Difficilius
repellere quia delectant magis difficile
iam admissa superare et extirpare evincere
quia resistit et repugnat sed difficilimum
est

a minus contrario segregatur, et ad ma-
gis contrarium se trahere, sicut peccati
omnino cum tanta nulla convenientia om-
nissa ad medium virtutis devenire, quia
hoc non omnibus sed solummodo sciencie est
contrari sicut et dare pecuniam facile est
sed cui, quantum, quando, qualiter, quamvis
non omnibus nec facile ex ii^o Ethicorum. Quis
ergo etiam sudoribus, quis laboribus
desudat, qui contra peccatorum malicias mili-
tat, atque per excussis ... qui de mili-
tibus xpi qui in hoc neque seculo
humiliter tamen habet reddet deus merce-
dem laborum suorum. Sapientie x. Reddet iustis
mercedem laborum. Item talis tamen fortitudo
est secundum beatum Gregorium vii Moralium carnis vin-
cere, propriis voluptatibus contra delectacionem vite
presentis extinguere, huius mundi aspera pro
eternis premiis amare, prosperitatis blandi-
menta contempnere, adversitatis metum in corde super-
are. Qui cum hac fortitudine fortis sit
nec terroribus concuti nec adversitate cum
sed nec prosperitate aura virtutis possit
amoveri. Nam dum mens in deum forti
intencione dirigitur, quicquid sibi in hac vita
amarum fit dulce estimat, omne quod affli-
git requiem putat, transire et per mortem
appetit, ut optime vitam vivus vivus
possit. Similiter in iniuriis extinguere de-
siderat quo vivus summa consistendo non
est ergo aliquid quod huius fortem perhibet
aut inflectat. vii^o b. Gregorius super illo
Job xi. Requiesces et non erit qui te
exterreat. Ita dicit Unusquisque pravus gloriam
quod prefecto despectum metuit, qui semper
ad lucra inhiat, semper eius dampna
formidat, tanquam cum preceptum restat
eius rei procul dubio amissione sen-
ciunt. Et quo obligatius mutabilibus
ac penitus inheret, eo longius in-
firmius ab arce securitatis iacet. Ille
contra, qui mentis in solo eternitatis desiderio
figitur, nec prosperitate attollitur nec ad-
versitate quassatur. Dum nichil habet
in mundo quod appetit, nichil est quod
de mundo pertimescat. Unde est ipse ait Sapiens
Non contristabit iustum quicquid ei acci-
derit. Et item Iustus quasi leo confidens
absque terrore quiescet. Quam cunctis quibus
plenius fiduciam qui cum mundo habitat
tanto in semetipso veritas mundi contem-
placionem vincit. Sed non absque timore
duplici in corde responderet quod dice-
bat: Certus sum quod nec mors nec
vita neque presencia neque futura, neque
fortitudo nec altitudo neque profundum
neque creatura alia poterit nos separare a
caritate dei. Ad Romanos viii. Quia caritas
hec omnia vincit. De pe. d. ii. Ergo
si caritatem excepimus miseris quisque seci-
bus quorum vita in prosperitate et adver-
sitate fortiter persistit, vere fortes
esse non dubitant, et ob id lapidibus
quadris comparatur. Lapis enim quadrus
qualiter stat in quodcumque latere vertitur
fuerit. Quisquis ergo in prosperitate
non extollitur, in adversitatibus non frangi-
tur, et suasionibus ad mala non trahitur,
vituperacionibus a bono opere non revocatur,
lapis quadratus est, et quis ex omni
latere stare habet, dum casu in qualibet per-
mutacione non habet et cetera. Ergo si vere fortis
volumus et esse cupimus, estote fortes
contra peccatorum malicias. Et hec de
prima conclusione.
Dixi in secunda conclusione quod ma-
xima forte victoria est peccatorum
malicias et spirituales nequicias
constanter debellare. Sicut enim vero

nulla seruitus et dicimus grauior est
quam victum vicijs succubuisse quam per-
victa colitur. Decretum xxxii q. iiij.
In eo fornicator. Sic et addiso nulla
victoria maior quam vicia domuisse teste
Seneca li. vij de questionibus naturalium. Unde
et virtutibus romani imperii meruit
xxviii q. i. Sectis itaque viii capitula
argumenti a ssº quarto fortissimum de [illegible]
nit tamen conclusionis virtus ab opposito
clareat libet deflendas seruitutis condiciones
illorum mentis oculo intueri et summa-
rio narrationis stilo perstringere qui vicijs
de hijs qui peccato subiacent — dediti peccatorum principis subiacent legi.
Quale itaque est grandium misterium et
peccatorum caligine velato qualis est de-
ductio illius cuius risus dolore misce-
tur et extrema gaudij luctus occupant
cuius delectatio inesse sit hinc quem
hostis antiquus iure quasi quieto pos-
sidet prescribit, cui iubet petere, cui
leges imponit et hec in eo penitus
quasi quis in pectore suo eo quod non
faciat quod optat, sed ad quod diuino
alius eum sepius impelleret. Sciendum etiam
ex vitas seuitie quod qui facit peccatum
seruus est peccati Joh. viii. Ecce contra
calamitas hominis sordes peccatorum deum
pati ubi vermis conscientie non desinit assi-
due demolitur quia vermis eorum non
extinguetur ysa. ult.; ubi assidue
cumulat alios semidiei iudicem
terribilis ubi occurrunt monstra fa-
cinorum et metus exagitat iudiciorum,
que ergo spes talium que felicitas
in statu tali positorum. Cum quos ut
dicit Policratus li. iii c. iii omnis lex
omnia iura dampnant et quasi in
hostes publice salutis omnis armatur
creatura. Et tamen nulla se offert
sic illam quam describit Quilinus
de pandectis. O qui te beatum
quam te florentem putas te miserie

premunt, te crimina consumunt,
te libidines torquent, tu die ac nocte
cruciaris, nec tibi satis est tuo et
illo affligeri quod futurum est, te
conscientie stimulant maleficiorum, te metus
examinis iudiciorum, te exterminat timor
legum, te vitam miserabiliter vivam
diuiduo dierum finita expectas, et
chaos confusum penarum. Hec ille.
Cum itaque tanta sit penitudo et
tam dira seruitus viciorum regibus
despicere liquet a simili opposito non
modicam esse victoriam peccatorum
malicias domari et deuictis spirituali-
bus nequicie cum suis viciorum insul-
tus triumphatorem stabiliri. Huius
enim quietacionis animi et debella-
cionis viciorum principium et formam
de virtutibus moralibus — ponit in li. ethicorum, virtutes morales
existunt ipse enim passiones sedant
delectaciones et tristicias temperant,
et extremitatibus viciorum abiectis
medium victoriose faciunt adinuenire.
Hec nimirum sunt tela victricia quibus
animus sensualitatis incompositos
motus elidit et sibi subiectos facit.
¶ Opportet itaque si victoria de qua sermo
est semper habeatur ut animus imperet
sensualitati alias cum obiecta sen-
sui ipsa non proponent mores for-
mant. Quis enim ut inquit Seneca
in li. de virtutibus, cum colores, cum
pulchras ymagines, cum formosas
dinas et regines bene moraliter poss-
et respicere. Similiter cum cantum dulcedi-
nem concordiam sonorum suauitate
consonanciarum quis bene moraliter
posset audire et non delectari, si
animus non imperaret sensui quin
quod sibi est utile admittit inor-
dinacionem et immutacionem seu in libi-

dissolucionem repellit. Hec ille.
Edificans morum formatorum hanc
insuper quia primo animi debella-
tor viciorum et spiritum inquietacionum
malicie stabilitatem quietacionem con-
sidero in meo promovendo, intuitu
cuius licet que premissa sunt disserui
et in ipso exordio collacionis bella-
torem fortissimum appellavi. Ipse etiam
in hac alma universitate studium
suum continuans movens docilis in-
genio attentus in exercendo benivolus
animo, attentus ad audiendum docilis
ad intelligendum benivolus ad audita
faciliter retinendum, sic enim dispositus
ut audita faciliter percipiet et percepta
firmiter retinet etc. per disciplinam
laudabiliter vivens mores cum scientia
componeret et viciorum malicie totaliter
bellator fortis semper triumpharet.
Non prandia et potaciones et cetera
spectacula discurrens non per illicita
desideria currens, sed verum de quibus
summo studio ardens vitam et mores
sub disciplina debita componere sa-
tagebat, verumquia puericie etas
nescit quid faciat C. de fil. mo. li.
et viciorum illecebras et cetera in animo-
di facile admittit xii q. i omnis etas
nisi sub sapiencie manuductione ser-
vatur. Caterva iuvenum parentum
consilio traditus fuit hic dominus ab
annis etatis tenere probatissimis viri
moribus liberalibus scientie et philo-
sophie disciplinis imbuendus
sub cuius ferula positus quantum pro-
fecerit, quia facti docet experientia
dicit ipsius devotarum Semper cum
hic dominus quia plurimus et Magister in
Artibus est, ut enim antiquum philo-
sophos discipulos bonos mores im-
buere cum omni diligentia satagebat
prout refert b. Jeronimus Epistola xxx iiii
de Socrate ut universam philosophiam revo-
casse ad mores componendos. Et b.
Augustinus viii de Civitate dei c. iii dicit
ut Socratem universam philosophiam ad
corrigendos atque componendos mores
flexisse memorie et ob hoc magnam
esse cognominatum studium percepti et
regulas pollere audientium et si sint si-
cut gentilibus in moribus posterior
Excepit hic dominus ut non esset dispar
illorum moribus quorum imitabatur do-
ctrinis, innovavit inter quos ad pue-
ricie studium animum suum transferre
ad scientiam et virtutes, quando modo communi-
niter ... per eam patitur viciorum ille-
cebris devincere et animi insurgencium
passionum improbitate devicta virtu-
tem stabilire prout patet ex premissis
Rectorem ante eundem eciam dicit Jo. An-
in Clemen. ad in in. de here. ut Ma-
crobius in li. de sompno Scipionis de-
dit Plotinus inter philosophie professores
cum Platone magister designa-
bant duo genera virtutum moralium
quedam enim sunt moderative pas- duo sunt genera virtutum moralium
sionum insurgencium in sensualitate
hominis vel accidencium humanarum di-
rective sicut temperancia modi-
ficat delectaciones gustus in cibis
et veneris fortitudo timores et
audacias que sunt circa pericula mortis
et ita de aliis et iste dicuntur purga-
tive quia sunt hominum nondum purga-
torum ab insultibus passionum et per
quas non sunt perfectorum, sed ad id to-
to conamine tendencium. Alie vero
sunt non regulantes passiones
sensualitatis sed solum tenentes

animam bonus in deo et similiter per-
fectione ut si temperancia terrenas con-
cupiscencias ignoret fortitudo passi-
ones nesciat prudencia solis diuinis in-
tendat iusticia mente cum deo perpetuo
federe teneat. Et hec virtutes dicuntur
animi purgati, que sunt solum homi-
num taliter purgatorum a passionum mo-
lestiis, quod est solum beatorum vel
paucissimorum in hac vita perfectissimorum.
Hinc conuenit quod dicit beatus Augustinus XIX
de Ciuitate dei, capitulo iiii ait iusticia
in subueniendo miseris, prudencia
in precauendis insidiis, fortitu-
do in perferendis molestiis, tempe-
rancia in coercendis delectacionibus
prauis, ibi non erit, ubi nil mali erit.
Sed iusticie erit deo regenti subditum esse,
prudencie nullum bonum deo preponere vel
equare, fortitudinis ei firmissime co-
herere, temperancie nullo affectu noxio
delectari. In talibus ergo virtutibus vita
perfecta philosophorum consistit. De hac vita
Plotini refert beatus Augustinus ubi supra sunt
Plotinus philosophus qui olim virtutum or-
namento comptus omni humanarum disposi-
cionum studio firmatus, quod docebat
esse exemplo vite ostendebat. Licet autem
pauci admodum sint hic in via secundum
eundem ubi supra qui ad perfectionem talissimo-
di vite conscenderunt videtur tamen iste dominus
noster promouendus de numero illorum vnus
esse, propter quod nedum fortem sed fortissimum
bellatorem a sensualium passionum
victorem ipsum dixi. Nec tamen fortissime chy-
merinas statuas componam videtur
ad id quod dixi sermo argumentum a vi
nominis ipsius. quemadmodum a vi no-
minis aliorum formant argumentum de
presbiteri cum sermonem que tamen sin-
gularia propria singularibus mo-
dernis complacent omisso ipsius nomine

proprio videlicet Nicolaus, quod sub-
ea racione quia pluribus impositum
est consideratum commune et commune
indicat. Attento ergo ipsius vocabulo
sibi singulariter appropriato. hec que
premissa sunt sibi inesse designantur.
Dicitur enim Spitzner quod nomen
si libet adunare theutonicum et po-
lonicum secundum significationem theutonice
quippe ydiomate Spitz nicz bella-
torum acierum augmentum significat
polonice vero Spitz mir nedum pa-
cem sed pacis soporem. Hac est op-
lenitum regimen reperiunt ut primum
quo ad pugnam quam aduersariis viriliter
gessit. secundum vero quo ad statum purgati
animi a passionum molestiis referatur
ut detur intelligi quod iste promouendus
primo contra principum malignos et spiri-
tuales nequicias per virtutes modifica-
tiuas passionum fortiter dimicauit
et tandem illis deuictis ad quietem per
virtutes animi purgati peruenit quem-
admodum victorum qui non nisi a primis
ad alias perueniunt. Cum igitur in tam
pugnandi certamine tam viriliter se
habuit, querenti de ipso quis et
qualis sit, non inconuenienter possumus
respondere Bellator fortissimus
que fuit verba loco thematis prescripta.
‖ In quibus verbis talis pro honore
nunc promouendi introductus. ipse reddi-
tur primo et honore dignus per duo.
primo propter suarum laudabilium actionum
strenuitatem in eo quod dicitur Bellator.
Bellatores enim secundum Vegetium de re
militari dicuntur qui rei publice amore
amore etiam circa pericula mortis
strenue agunt et ab insultibus
aduersarium defendunt, pro quo facit
illud Luce XI c. Cum fortis
armatus custodit atrium suum in
pace sunt ea que possidet. Secundo

Noster promouendus redditur honore et premio dignus propter suam in actibus laudabilibus perseuerantiam, tum non solum astruitur bellator sed et fortissimus. Perseuerantia enim est pars fortitudinis, ut ait Tullius in ij sue rethorice. Propter quod fortissimus dici non potest nisi perseueranter agat. Et ex quo sic est quod perseuerantia est pars fortitudinis et in ipsa includitur, et fortitudo non stet sine actuum strenuitate, ideo causa breuitatis ne tedium dominis generem, et ut finem actui imponam premissa duo colligendo dico primo et secundo quod in nobis premissis noster promouendus reddetur commendandus et per consequens premio et honore dignus propter perseuerantiam in actibus laudabilibus strenuitatem. Cum enim ipse aliis doctoribus prefectus sit, eo quod peritior et vigor artium liberalium, profecto non congrueret sibi a nobis sane doctrine degenerando actibus dissonare, sed longe amplius quod verbo docuit opere fragrancius complere. Sciuit enim quod audientes melius per exempla laudabilia quam per verba sibilancia vel dulcia gaudent. Nam ut dicit Seneca epistola vj: plus homines oculis quam auribus credunt. Et longum iter est per verba, breue et efficax per exempla. Et scribitur ibidem quod turba sapientum plus ex moribus quam ex verbis Socratis traxit. Unde nec congruit ut qui alios doceat et propriis operibus doctrine contradicat. Tantum quippe valet sciencia sine vita, quantum corpus sine anima. Reprehensibile namque est de lege dei disputare, modum recte viuendi verbis depingere et extra legem esse, florere verbis et nequaquam fructificare operibus, ad pugnam hortari alios et nichil cognouisse de pugna. Unde et super hoc beatus Jeronimus: Delicatus est rector qui pleno ventre de ieiuniis disputat, xij q. ij. Sacratius. Propterea studuit noster promouendus in actibus laudabilibus se insignire continue ut nedum in verbo sed et in opere irreprehensibilis cunctis haberetur. Verum quia nemo mittens manum ad aratrum et retro spiciens est aptus regno dei, Luce ix, devoto magne non dedit ipsum principia bonorum operum a perseuerancia cessare. Non enim est magnum inchoare bonum sed consummare inceptum. Unde beatus Gregorius xij li. moralium adducens illud Canticorum: Mane surgamus ad vineas, videamus si floruerunt vinee, si flores parturiunt. Ita dicit: Florent vinee cum mentes fidelium bona opera proponunt, et fructus non parturiunt si aliquibus victi erroribus infirmantur. Non ergo intuendum est si vinee florent, sed si flores ad partum fructuum conualescant, quia mirandum non est si quis bona inchoat, sed si intencione bona recta in bono opere perseueret. Sola nempe perseuerancia, ut dicit beatus Bernhardus in quadam epistola, meretur viris gloriam, virtutibus coronam. Nam absque ea nec qui pugnat victoriam nec victor consequitur palmam. Unde et Apostolus j ad Cor. ix dicit: Nescitis quod hii qui in stadio currunt, omnes quidem currunt sed unus accipit brauium. Et quis ille? Profecto qui bene certauit et perseueranter. Qui enim perseuerauerit usque in finem hic saluus erit, Math. xxiiij, De pe. di. ij. Querendum. Vobis ergo domine baccalariande non satis est bene incepisse et hucusque strenue laudabiliter

[Marginal note beside the column:] si ab eo quod proponunt

actum et morum vetustate floruisse
eo quod nondum finis. Math. xx iiiio
Sed fortius elaborandum est ut ea que
bono per vos sunt inchoata principio
meliori continuentur medio et fine op-
timo concludantur. Quod ut id maiori
auctoritate fieri possit. Et insuper
ut pro vestris meritis laboribus et
studiis condigna merces ad presens tri-
buatur. Ceterorum in exemplum Ego auc-
toritate omnipotentis dei et privile-
giorum Sedis Apostolice confero vobis
gradum Baccalariatus in Decretis
ut possitis legere, disputare et ceteros
actus ad hunc gradum pertinentes
exercere. In nomine patris et filii et
spiritus sancti amen.

Expedito primo principali quod ut
ait Seneca epistola ad Lucillum de
venientium laudibus iniustitia est. Et
Cassiodorus li. primo epistola iii: Crescere
solent virtutes ad priorum vestigia quando
nunc quidem ad secundum sequens eximie
approbato virum premonentium aliquando si
laudum oraculis commendatur. Et ipse
attentum ipsius meritis ut iurisque te-
cinne(?) proposito quod qualitate temporum
inserviam. Pro ipsius sufficientia re
commendatione assumpsi quod scribitur
in Ecc. x° et Math. xii: Venit audire
sapientiam et posuit verba tenuissima pre-
vim q. i. vereor Reverendi patres doctores
egregii alii quam domini spectabiles et honorabiles
intuentibus nobis Quando genus in
hunc labentis seculi studio constitutum
scripture testimonio et experientia patrum
agnoscimus quod longe preter prothoplasti pre-
varicationem a sue dignitatis culmine
descenderit quod multipliciter incommodi
proprium vitii et ignorancie defectu con-
tabescit et propria luce relicta exterius
involvitur tenebris ita ut fugacibus

De cecitate homi-
nis et ignorantia

fallaciis quod rerum in seculum pe-
reuntium oblectamentis captus nullum
boni et boni mali dicat. Horum
omisso illud sectatur et requirit per-
petrat animus. Siquidem nulla cadunt in
devia, incidunt in errorum latebras,
nec in hoc presentium celebris depre-
hendunt aut erronea aut a virtute se-
iuncta penitus aliena. Qui in tam
cecitatem venimus ut nosmetipsos
ignoramus. Quippe ut hec mala
evitarentur nonnulli sunt qui sapien-
tiam adire adveniunt. Exclusa quippe anima
a luce veritatis nil in se nisi tenebras
invenit et plerumque in peccati foveam
pedem porrigit et nescit. Invenit enim
homines male extimis fusa sic in rebus
corporis sparsa inveniuntur ut neque
ad semetipsam redeat neque eum qui
invisibilis et per visibilia cognoscatur
sufficiat cogitare. Unde carnales homines
parum percipientes sapientiam nec curantes
ambulare per vias patrum et spiritualia
contempnentes quia deum corporaliter
non vident quousque ad hoc proveniunt ut
etiam ipsum non esse suspicentur. Unde
scriptum est: Dixit insipiens in corde
suo non est deus. Ps. xiii. Unde inter
quosque a malis salutis incipiunt iniquitatum
affectibus dicat quis est omnipotens
ut serviamus ei. Periisse quippe homines
pone quod faciunt ad finem oculorum
tendunt qui cum in deum oculos cordis
tendere non possunt ei prebere obsequium vel
despiciunt vel si prebere ceperint cito
nimium fatigantur. Labor igitur totus deus
esse aliorum qui anhelant ad sapientiam
habendam ut semetipsos in hac vita
inveniant et invenientes pacem sapientie
et iustitie consequantur semper utique ad
meliora per scalares gradus continuum
gradientes scilicet doctrina sapientiam prevenerant

Propterea Regina austri a finibus
terre venerat audire sapientiam Salomonis
ubi thema Verum et si sapientia in
altissimis habitet Eccli. xxiiii. quis
tamen possessio hominum impossibilis non est quia
foris predicat in plateis dat vocem suam
Prover. primo. Ideo ut appareat quibus modis
per sapientiam nosmetipsos invenire valeamus
et per actus sapientie et iustitie proficere
pono duas conclusiones. Prima talis
2° Volenti per sapientiam semetipsum invenire
opus est ex corporalibus exterioribus
interiora et spiritualia colligere. Secunda conclusio
Cupienti per actus sapientie ac iustitie
proficere necesse est inter lucem et tenebras
operum opera que agenda que vero fu-
gienda sunt distinguere. Dixi ergo
in prima conclusione quod volenti per
sapientiam semetipsum invenire opus
est ex corporalibus exterioribus et interiora
spiritualia colligere. Probationem huius con-
clusionis pulchre tangit Joachim
in suo dialectico virorum in theolo-
phiam li. i. c. x. ubi cum res presen-
tent a rebus facientibus a factis cum
ostendit rationem quia visibilia ex in-
visibilibus exierunt et exemtia inde
traxerunt formam et speciem que di-
ligenter inspecta suum artificem prodit
et probat eius potentiam qui tantam
molem de nichilo fecit et quantam
sapientiam eius qui diversa locis dispo-
sita singulis universa nexu effica-
cissimo iungit et adorat bonitatem
eiusdem qui utilitatis vires efficientis
rebus et naturis afficit. Hec ille.
Hinc est quod invisibilia dei per ea que
que facta sunt intellecta conspiciuntur
sempiterna quoque virtus eius et divinitas
ad Ro. primo. Unde et secundum Hylarium
li. primo de trinitate ex creaturarum diversi-

tione cognoscitur dei eminentia que pre-
ex earum pulchritudine ymago et
species que filio et ex earum bonitate
usus qui appropriatur spiritui sancto. Hoc
nisi quod munus est considerare rerum
in eo quod pretendunt quam in eo quod
sunt quia inde nitimur ad vi-
tandum seductionem in errore et inducimur
ad peccandum. Hinc est quod papiensis la-
bimur ac turpiter decipimur a rebus
quas cordi et quibus apponimus cor
quia plurimum facimus pulchritudinem
et delectationem que in rebus et a rebus
est quam omni a quo ea illa sunt et quicquid
iocunditatis in illis est. Si enim ydonei
simus estimatores sentiremus potius
optare inter et pergere in illud ubi eo-
rum totius voluptatis spiritualis et
substantialis est quam in rebus ubi per
fectio ubi semper nichil est. Denique
sicut creatura non sibi dedit ut esset
sic quicquid placet placet in illa
aliunde accepit ut haberet. Apostolus quod
egregie scriptura divinitus inspirata
rerum significationes in genere sue
locutionis assumit inveniere cupientes
magis perfruentes significatas rerum
species ut tali consideratione pulsati
sursum moveant delectationem carnis secundum
[illegible] audiente si [illegible] ambitionem
[illegible] ab illo sperentur quia hec
delectationes in dextera sua usque in
finem qui docet hominem scientiam quod
nec auris audivit nec in cor hominis
ascendit qui dedit potestatem filios dei
fieri hiis qui credunt in nomine eius
Hec ille. Unde Apostolus ut confirmarentur
[illegible] facientes Ad Sap. xiii. Vani
sunt omnes homines in quibus non subest
scientia dei et de hiis que videntur
bona non potuerunt intelligere eum qui
est neque operibus attendentes agnoverunt

Quis esset artifex corporum quorum si
specie delectati hoc putaverunt sciant
quanto hiis dominator speciosior est. aut
si virtutem et naturam eorum opera mirati
sunt intelligant ab ipsis quam qui hec
constituit. fortior est illis. A magnitudine
enim speciei et creature cognoscibiliter poterit
creator eorum videri. et interiora bona
potuit colligi per exteriora ut dicit glosa
Stulti autem homines quasi firmiter
radices in terra figunt. et obliti totis
desideriis in terrenis defixi. exvisibi-
libus ad invisibilia ut se invenerint
non assurgunt. unde b. Greg. xx mo. ait
Mundi amatores attendunt transitoria
que percipiunt et interna negligunt
bona permanencia que perdunt. omnesque
amore temporalium flagrant. veram
leticiam volenter ignorant. quam si
studiose cognoscere quererent quam flenda
sunt gaudia que appetunt viderent.
sed cum meliora scire contempnunt.
sola sibi velut summa eligunt. que vi-
sibiliter oculis seductione fallaci blan-
diuntur. visibilia scilicet quibus cor figunt
et tanto ~~exterius~~ extrinsecus gaudent.
quanto recordacionem intrinsecus non habent.
inserunt enim cor gaudiis plerumque
tribulacionibus et ex rebus ipsis quibus
superbiunt flagellantur. et in hoc ipsum
delicias extimant. quia et dura queque
ex presentis vite amore tollerant. et affe-
ctu nimie cupiditatis obligati. labores
eiusdem tollerantie voluptatem putant
hec ille. Ecce isti non se inveniunt. quia
dum per visibilia. tamquam quedam divina
vestigia ad contemplanda celestia non
ascendunt. tanto a se inveniendo re-
mociores existunt. quanto magis rebus
caducis immerguntur. Expedit ergo omnibus
querenti veram sapientiam ut per exteriora
ad interiora. et per temporalia ad spiritualia

gradiendo fortiter ascendat. et hec
de prima conclusione.
Dixi in secunda conclusione quod cupienti
per actus sapientie proficere. necesse est inter
lucem et tenebras. operaque opera que
agenda. que vero fugienda sunt di-
stinguere. Sepe enim vicia se incitant
esse virtutes. et angelus sathane non-
numquam se transfigurat in angelum
lucis. ii. ad Cor. xi. de regula licet.
et xxiii. q. v. Nec mirum. Sepe siquidem
immoderata ira cupit apparere iusticia
sepe dissoluta remissio vult videri
misericordia aut mansuetudo. sepe
malum timor prudenti cupit humilitas.
et effrenata superbia fortitudo aut
virilitas nonnumquam appetit apparere.
Ex quo accipitur hec correlarium. quod non
nullos antiquus hostis sic illudit.
ut ipsorum vicia esse virtutes confingat.
Quatenus finem vero eximie quasi premia
premia expectet unde etiam dignius
est sufferre tormenta. Oportet ergo
ut se debite cupientes per sapientiam conse-
qui lucem et tenebras solerter di-
scernant. ne dicant. malo bonum. et
bono malum. aut ponant tenebras
lucem et lucem tenebras. ysa. v. et
xxi. q. iii. Ve qui dicunt bonum malum.
Et ob hoc quinque heretici mellita eloquia
cum veneno inferni diffundant. aut
sanctitatis habere opera videntur. illate
eis recipiuntur aut audiuntur. eo quod
egestate et fame vitam semper la-
borant. Unde b. Greg. xx moralium.

Quod hec
nocet
quia sic
volunt
apparere

sic ait. Omnis heretici dum in sacro
eloquio plus secreta dei student
perscrutari. quam capiant. famuli sunt se-
culi sunt. neque enim ea querunt de quibus
ad humilitatem semetipsos erudiunt
mores in tranquillitate disponunt
paciam suam longanimitate exhi-
beant. sed ea solummodo que eos

Doctos ac loquaces demonstrent ex quibus
singulariter eruditi videantur plerique
tamen audacter de non divinis tractant
cum semetipsos inspicere nesciant ege
state ergo ac fame virtutum steriles sunt
qui ea scrutari desiderant ex quibus
bone vite germina non producunt Quique
ad hoc tendunt quod apprehendere nequeunt
ea cognoscere negligunt ex quibus erudiri
potuissent Hec ille Sicque ergo in proverbiis
mel invenisti comede quod sufficit
ne forte saciatus evomas illud quia
qui dulcedine spiritualis intelligen
tie ultra quam capit comedere appetit
etiam quod comederit evomet illud Et
dum summa ultra vires intelligere
quesierit etiam que bene intellexerit a
mittet Itaque simpliciter et hebetes quanto
plus de sublimi intelligencia indiscrete
repletur ambiunt tanto plus amplius
inanescunt Et hec reuera ideo contingit
quia per opera sapiencie inter lucem et
tenebras non distinguunt in quibus
si exercitarentur invicta firmitate contra
viciorum et errorum malicias preualuerunt
Sunt enim opera sapiencie informare repro
bare inordinare informare quidem mo
res reprobare errores et ordinare in
feriores vnde philosophus primo elencorum dicit quod
opus sapientis est non mentiri et me
ncientem posse manifestare quorum
primum pertinet ad informacionem secundum
ad reprobacionem Et primo methaphisice dicit
quod inter ea que habemus de sapiente con
tinetur quod eius vnum est quod ad eum pertinet
ordinare et hinc est quod vbi sapiencia
adest ibi omnis error abest et cetera
In hoc autem ordine sapientis homo in
detur summope attendendum ex hiis
que in prima conclusione sunt premissa
quod qui debito ordine ad cognicionem
sapiencie veritatem cupit assurgere primo
se sagaci investigacione studeat agnoscere

Unde beatus Bernhardus in libro de contemplacione
sic inquit Animus qui in sui cogicione
diu exercitatus plenique eruditus non est
ad dei cognicionem non sustollitur Nam
frustra cordis oculum diriget ad videndum
deum qui non est ydoneus ad videndum
seipsum prius homo studeat cognoscere
invisibilia sua quam presumat posse
apprehendere invisibilia dei Et sodit
quod quamdiu per fidem ambulamus quamdiu
per speculum et in enigmate videmus
ad eius vt dicit decretum ymaginarie
visionis aptius speculum quam spiritum
racionalem invenire non possumus
tergat ergo speculum mundet spiritum suum
sicque sitat sitire deum Hec ille
Hec ergo animadvertens in proverbiis
quatenus seipsum per sapienciam inveniret
et inter lucem et tenebras discernendo
omnem errorum caliginem devitaret
cogitabat enim sibi transire ad
sapienciam et pro luce proposuit habere
illam vt ea duce seipsum consideret
quod bonum est eligeret quod malum
reprobaret quod iustum et sanctum
faceret ad cognoscendum deum aptior
fieret et ergo venit audire sapienciam
que fuerunt verba loco thematis
preassumpta
In hiis autem verbis continenter intro
ductis quantum ad nostrum propositum
duo notanda considero primum est quoniam
in studiis acquisicionum ordinatissima
progressio propterquod veluti vir sa
piens est erudiendus dirigimus
et hoc notatur cum dicitur Venit audire
qui audiens sapiens sapiencior erit et
separato est scientie disciplinarum et in
tus prius curando dixit et peccata
loquendo precantur xxxvi et cetera
In signum cuius deus suis apostolis do
cuit demisit eos ad predicandum ut sit
mathei v et x Verum quia non omnis

scientiarum sive habituum intellectualium
cognicio equaliter proficiat ad salutem
xxxviij di. pertinet. Ideo sciendum quod in ver-
bis premissis quantum ad iiij promovendum con-
sidero est in talibus animi sui pre-
stantissima applicatio quia talis honore
dignus est. quia venit audire sa-
pientiam. quia secundum b. Aug. li. p° contra
Academicos. Est verum via ducens
ad veritatem. eo quod ad ipsam pertinet
etiam scientiarum rerum cognicio rerum.
Dixi primo quod in verbis premissis quantum
ad iiij promovendum considero ipsius
in scientiarum acquisitione ordinatissimum
progressum. cum dicitur venit audire
Scimus enim quod hic dicitur quod nisi quis
prius bene didicerit, docere alios recte
non valebit. Unde nec in officium doctoris
quis assumi debet qui formam disci-
puli non assumpsit. De elec. cum in cun-
ctis. Unde est quod dominus prius posuit
verba in ore prophete et postea constitu-
it eum super gentes et regna dicens
Ecce dedi verba mea in ore tuo. ecce
constitui te super gentes et regna
Jeremie p° et xxxvj di. Ecce.
Tercio sequitur quod hiis qualiter doctoris
preferri debet. Dicitur primo discere et post-
ea kathedre fastigio aut officio do-
ctoris fungi et presidere. ut sic secundum
verbum sapientis servet verbum temporis
tacendi quo audiendo discat et post-
ea oportunitas loquendi ut proferat
et informet. Hinc est quod salvator noster
primo in medio doctorum sedit audiens
illos et interrogans et postea predicare
cepit verbum. Hunc autem ordinem
quilibet promovendus in suo studio exacta
curavit diligentia observare. ne hoc
pretermisso aut alias turbato sui de-
trimentum faceret et aliorum dispendium pa-
teretur. Scivit enim quo ordine quo
studio quo fine quemque nosse oporteat

et pone / et fine / devera

Quo ordine ut aliud prius quod ma-
turius ad salutem. quo studio ut illud
ardencius quod vehemencius promovet
ad concordiam et amorem. quo fine ut
non ad inanem gloriam aut curiositatem
vel ad aliud simile. Sed ad suam et aliorum
edificationem et postremum laudem dei. et
hoc ex eo quod venit audire sapientiam.
venit quidem nedum mentis flagranti affe-
ctu. sed et laboriosi corporis accessu.
Non enim ipsum vastitas maris nec in-
hiatus latitudo terrarum. non nimia viarum
discrimina poterant tardare promereri quin
hic non obstantibus fieret asinus de-
hinc venit audire sapientiam. quemadmodum
narrat b. Ieronimus. Pithagoras memphi-
ticos vates Plato Egiptum. cumque
horum Ytalie que quondam magna
Grecia dicebatur laboriosissime peragra-
vit. unde hiis actum ipse singularis
sapiens discipulus potius non inmerito appel-
lari. et hoc de primo.
Dixi secundo quod in verbis premissis
quantum ad iiij promovendum considero
in acquisitione scientiarum animi sui pre-
stantissimam applicationem. quia venit
audire sapientiam. Utique eo quod com-
ponendis moribus propinquior et
saluti habende aptior non dubitatur.
Nam licet secundum scientiam Policrati li. vij°
Omnes scripturas esse legendas proba-
bile sit nisi sint lectionis reprobate.
eum omnia non modo que scripta
sed etiam que facta sunt ad hominis
utilitatem licet eis plerumque abutatur
instituta credantur. Sic tamen omnia legenda
sunt secundum mentem beati Ambrosii super Lucam
ut cavenda aliqua cum lecta fuerint ne
negligantur reprobentur nonnulla
aliqua videantur in transitu ne sint
omnino incognita xxxvij di. Si
Universa. Sed pre omnibus maiori dili-
gentia insistendum est eis que aut
politicam vitam sive in iure civili
sive in aliis ... precepta instituunt

aut procurant corporis aut anime sanitatem Unde b. Bernh. sup Can[tica] sermone xxxvi ita dicit Est profecto quo ad se omnis scientia bona cum veritate subnixa sit, tu aut qui cum timore et tremore tuam operari salutem pro temporis brevitate festinas, ea scire amplius curato que senseris vicinora saluti. Ubi dico tu doctrinam Gramaticorum et Dyalecticorum ceterorumque artium liberalium scire a scolasticis contempnendam, ut recte loqui per Gramaticam et inter verum et falsum per logicam possint discernere xxxvii d. Si quis grammaticam quia teste beato Jeronimo sup Epistolam ad Tith. Earum doctrina ad vitam est proficua dum fuerit in meliores usus assumpta. Cum etiam Episcopus ex eo quod nunquam Donatum audiverat nec Gramaticam didicerat a dignitate sunt remotus. Et etiam et qualis t. ult. Unde et secularium peritia literarum ad intelligentiam sacrarum scripturarum necessaria ostenditur xxxvii d. relatum et c. de quibusdam. Quibus ergo non obstantibus alia sunt que tanto nisi incultis sunt capessenda ut sacrorum Canonum libri quos ignorare presbiteris non est maxime sacerdotibus et aliis qui divinis obsequiis applicantur xxxviii d. nulli et c. que ipsis ubi dicitur quod si in sacerdote scientia Canonum defuit sacerdotis nomen vix in eo constabit. Cum aut in pronunciandis expers scientie secularis nudine existat quidam nostrorum notitiam et sobriam ebrietatem hausit. quia Baccalarius decretorum, opus sibi non est ut prohabendo earum intellectum ad ipsas recurrat, sed longe amplius Ut scientie Canonice quemadmodum fecit operam impendat quia oportet audire sapientiam Sapientum unde quia sapientiam scriptam

Cum ipsa eciam honestatis sapore redoleat ostenditur a minimo ad maximum specialiter principaliter in domo dei decorat docetur ambulare Sapientiam quia Spiritu sancto veritate inspirante scriptam, l. d. Si quis diaconus xxv q. i. violatores, et Apostolus dicit quod spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti dei homines. Sapientiam unde quia de summo claro et incommutabili bono veridice tractantur, Et sic tu et fide Bartholomeo unde qui eius precepta sequitur munita fidei firmitate solidatur xxiiii q. i. Hec est fides, et ergo hec dum omnis honestate tractis cuius intuitu affectus venit audire eam et ea que audivit in archano pectoris sui persistentes commendavit conferre ea in corde suo unde quia nil valet fossus humo census, nec clausus sub pectore sensus. Ergo ut ea que hactenus audiendo didicit, et in corde suo conservavit aliis proferre valeat cum auctoritate qua decet disseminet et impendat Ego auctoritate omnipotentis dei et privilegiorum Sancte Sedis Apostolice pro honore suo confero sibi gradum Baccalariatus in decretis ut possit legere docere et ceteros actus ad hunc gradum spectantes exercere In nomine patris et filii et spiritus sancti amen

Expedito primo principali quantum ad statum superest recommendacio in promovendi Et quamvis virtuosi laudibus et primo extollitur, propter dignitatem easdem laudes non decant. postremo ad utilitatem eorum et parum gloriam expectet prout uel expetunt eo quod talia gesta eorum nichil adiciunt et ipsi bonum suum non populari rumore sed conscientie veritate metiuntur Vt ait Boecius in de consolacione prosa vi. Sapiens tamen non debet omnino spernere aut vitare Dicit enim et Cassiodorus in li. primo Epistolarum Prudens frequenter non respuit hominum in qua se nouit laudandum, aliorum virtutibus fama tollitur si eorum uita in hominibus nesciuntur Ceterum et si bonum meritum sibi sufficere credant quia in se laudabiles sunt et opera ipsorum virtuosa etiam omni lingua silente ipsos predicant Teste Cassiodoro postremo opus suum laudat auctorem laudari tamen eos convenit tam ex parte laudantium quam ex parte ipsorum quam

etiam ex parte auditorum Ex parte laudantium ut iusticie debitum exsoluant. Bonum enim laudare iusticia est ut ait Seneca in Epistolis Ex parte laudati quia laus in laudato virtutum prebet incrementum Secundum Cassiodorum ubi supra Crescere namque solent virtutes ad promouendum ex parte insuper audiencium quia audientes virtutum virtutum laudes quam naturaliter cupidi sunt premia laudum capere laudum stimulis ad virtutes incitantur Hac itaque occasione prelibata huiusmodi promouendi recommendacione attento postremo quis et qualis sit assumpsi quod sibi Ecclesiastici xxxvii. Sapiens plurimus multos erudiuit et anime sue suauis est.

Reverendi patres Doctores et Magistri ceterique domini mei honorandi Quoniam sicut habet Augustinus in libro de beata vita Sapiens nihil inaniter est sed semper in se habet annexam prudentiam. De quo dicit quod sapiens inanis aut sine vacuus dicitur cuius actio non recipit sibi verum finem et etiam unde dicit Maximus in quadam sermone Inane et vacuum est quicquid nullius ponderis aut virtutis firmitate subsistit inane est quod tu seculo prius desiciens ad vitam non transiet eternam Hec autem inanis vacuitas excluditur per tria que ad virum perfectum pertinent et ipsum ad verum finem perducunt videlicet per prudentiam et videlicet per eminentiam scientiam rerum cognitorum per quam excluditur ab intellectu omnis ignorantia per iustam et omnimode rectam cognitorum electionem per quam excluditur a voluntate omnis malicia per discretam et indefessam cognitorum et electorum executionem per quam excluditur ab opere omnis infirmitas et inconstantia De primo Jere. v. Ibo ad optimates et loquar eis ipsi enim cognouerunt viam domini et iudicium dei sui De secundo i Machabeorum vii. Elegerunt mori quam coinquinari immundis De tercio Ecclesiastici xx. qui operatur terram suam exaltabit aceruum frugum et qui operatur iusticiam ipse exaltabitur Et hec tria quodammodo essencialiter videntur sibi inuicem subordinari non enim posset quis bene operari qui recte non eligeret nec recte eligere qui prudens non esset xlix dicitur Habet etiam se parvo animo Vnde et Tobie xxix dicitur Custodite verba huius pacti et implete ea ut intelligatis cuncta que facitis. Prudens igitur cognitione verum est duorum scientiarum principale directiua que per sapientiam tantum acquiritur ipsa enim dirigit hominem ad summitatem contemplationis et ad necessitatem utilis

De vita contemplatiua et actiua

actionis in quibus duobus versari debet
quisquis cuiuslibet sapientiam amantis
legislatoris exemplo qui nunc ascendebat
in montem ut ibi gloriam domini cum maiori
cerneret libertate, nunc vero descendebat
in castra ut cum utilitate necessitatibus
populi provideret Exodi xxiiii. De eodem
vide supra ibi nec putes et xxxvi d. si quis
vult. Utrique ergo et contemplationi et ac-
tioni dum facultas accesserit summope-
re est intendendum qui servores sunt et in
domo commorantur unum et dominus est ama-
tor utriusque Johannis xi. Unde et dominus ad
pedes suos cum Maria illam (?) spernit
recipere qui sibi ... apud eum diver-
ticulum (?) ... cum Martha sollicitum
ministrare dicto c. vide supra ibi monemus.
Hec autem omnia premissa de viro sapiente
et vere legisperito satis apte innuunt
in verbis ad honorem nostri premonendi
propositum: Vir peritus multos eru-
divit et anime sue suavis. Erudivit
inquam quia verum rerum cognitionem ordi-
... et anime sue suavis est quia summa-
te vere contemplationis dedicus (?) inser-
eligit et electa delectabili ope utili-
pagit. In hiis etenim verbis reseratur
amplior ipsorum inductione ut amica
sed pollere debet in nobis fama nostra.
xii q. i. Nolo. Et apostolus dicit: provi-
dentes enim bona non solum coram
deo sed etiam coram omnibus hominibus.
ii. ad Cor. viii. Christianus enim
vir sub privatim delitescenti
sufficiat latere et se ipsum lucri-
xv q. i. Sciunt pastoribus tamen
et his qui aliis prepositi sunt minime.
De primo dicit Gregorius Nazanzenus
in suo Apologetico in hec verba: Si-
debam inquit apud meipsum. Na-
vigent alii et ingenioso lucro
spe subeant marina discrimina.
michi gratius est super solidam terram
stanti exiguum cespitis herbam

fermenti acquirere et in exiguis rebus
tenuem vitam ducere quam pergrandis
divitias in fluctuum periculis querere.
Speciosioribus quidem et potentioribus
magnum est non administrare offi-
cia maiora, neque circa pluri-
mos gerere sollicitudinem, et in par-
vis rebus et modicis cor [illegible]
parvis aut tutius parum summe-
re et non supra vires levare, ne vel
derisui fiant, sed et periculum sub-
eant. Sed qui est in officio
pastorali et alios docendi con-
stitutus, debet se ipsum salvare et
alios lucrifacere. Unde sermo
evangelicus non excusatur, sed
arguitur qui talentum servavit
in terra defossum, quod tamen reddere
debuisset multiplicatum. Requiritur
etiam a Cayn de Abel fratre suo,
quod unicuique mandavit deus de pro-
ximo suo, sed uni incubuit hoc
facere ex caritate, alteri vero ex
necessitate, maxime ei qui te-
semen fratris mortui suscitare.
Non enim visuri sunt fratres faciem
Joseph nisi adduxissent fratrem
suum minimum. Gen. xlii. Et hoc
profecto nonnumquam certius incumbit doc-
toribus catholicis qui sunt du-
ces simplicium et exemplar to-
cius universitatis populorum, ut dicit Policraticus
in primo libro. Eminens in ecclesia doc-
toris splendor fulget firmamenti
et ad iusticiam plurimos debent
erudire. De magis. super specu-
la. Sed nec pretermittimus puta-
mus et si hoc officium consistit in
verbo et exemplo ut hic est ostensum,
inter hec tamen exemplum tamquam
efficacius et electius patientie
prefertur. Scilicet secundum verba sancti ab-
batem Joachim in libro de unitate
trinitatis de binario. Efficacius
quippe est cum vita nostra vi-
tanda eius vita perfabulis [?] hec
et exemplum, unde primus dictum est
Sed [illegible] in via. Et consequenter
adiunctum. Sed qui sanctitatem

testimonia eius. In laudem quoque viri
beati premittit: quia in lege domini vo-
luntas eius. Et sequitur: Et in lege
eius meditabitur die ac nocte. Et propter
ea intellectus bonus omnibus quia facien-
tibus eum. Unde nec dictum est
cepit ihesus docere et facere, sed
prius hoc, deinde illud. Nec apo-
stolus dixit: attende doctrine
et tibi, quia in fronte hoc et illud
in fine. Electione etiam potior
est actio quam sciencia, quia sufficiens
ad salutem sine illa, et non
illa. Regnum enim dei non est
in sermone, sed in virtute. Hinc ac-
cedit quod euntes in Emaus in
comitatu itineris, nec colla-
tione sermonis deambulantem
et confabulantem ihesum potuerunt
cognoscere, non meruerunt ac stimu-
latu caritatis et hospicii bene-
ficio, cum recumbentibus illis intra-
vit cum eis et cognoverunt eum
in fractione panis. Hec historia-
liter vltro. Prima questio [illegible] dissolu-
ta est, certe iam utrumque potius os-
tensum est qualis virtus me-
se debeat ei qui in catholica doc-
trina gradum est sublimandus.
Quod persona non ea inter, ut pu-
tem dum de hiis agendis in-
citarem sed magis ut hiis omnibus
et aliis pluribus ipsum huic sacro
[illegible] reddimitum patefacien-
dum in medium proposui propter
eum ad hunc gradum vocatum esse
tus et tamen ydoneus inventus
et approbatus. Certe in morem
lucerne ponatur super candelabrum
et luceat omnibus qui in domo
sunt. Unde nunc ut insignia docto-
ralia recipiat voto ipsum ad
kathedram doctoralem. Repetit
de themate propositum: amice ascende
superius et erit tibi gloria. Ad
laudem nominis ihesu xpi per se-
cula benedicti. Amen.

Sequitur licenciatura

Jhesus xpus

Coram hoc sacro preclarissimorum
virorum cetu loquturus pro
laude dei, fidei catholice dila-
tatione et fulcimento, ac etiam
pro honore presentis domini licenci-
andi divina et humana litteratura eru-
diti, ut verbo utar beati Jeronimi
scribentis vita sancti ~~[illegible]~~
Hilarionis opus in primis [illegible] ratus sit
gratia spiritus almi, ut qui virtutes
ei largitus est, [illegible] ad narrandas
sermonem ministrat. Doctissimi
in presencia virorum et intellectu
ingenii et usu loquendi maiorum
quam lectione lingua politi [illegible]
ut timore possitis digerere verba
pridem in themate precedenti sublima-
tione per me assumpta pro funda-
mento huius collaciuncule repeto
scripta actuum ix. capitulo: Paule frater
dominus ihesus misit me ut videas
et implearis spiritu sancto. Postquam ipse
[illegible] doctores et domini [illegible] ac
singuli domini ac fratres in hoc sacro
cetu congregati, quemadmodum dicit
ille venerandus doctor largo elo-
quentissimus quemcumque fonte di-
sertissimus Lactancius libro primo
adversus gentes: magni et excel-
lenti ingenii viri cum se doctrine
penitus dedissent, quicquid labo-
ris poterant impendi, contemptis
omnibus et privatis et publicis
actibus, ad inquirende veri-
tatis studium contulerunt, estimantes
multo esse preclarius humanarum
divinarumque rerum investigare
ac scire rationem, quam struendis opi-
bus aut cumulandis honoribus
inherere, quibus rebus quia fra-
giles et terrene sunt et ad solius
corporis pertinent cultum, nemo
melior, nemo iustior fieri pos-
sit. [illegible] quidem illi veritatis cognitione
dignissimi, quam scire tantopere cupi-
erunt, atque ita ut eam rebus
omnibus anteponerent. Nam et
abiecisse rem, quosdam res fami-

liares suas et renunciasse omnibus
voluptatibus constat, ut solam mundi
mundi que virtutem, ac expedit sequentur
xiij. q. ij. Socrates. Tantum pro-
fecto apud ipsos prout dicit b. Aug.
viij. de Civitate dei. c. xxxiiij. vir-
tutis nomen et auctas valuit ut
in ipsa esse summi boni summum
poneret. Sed neque adepti sunt id
quod volebant et opera simul et
industria perdiderunt, cuius vitae
idest. archanum summi dei quod fecit
omnia, ingenia ac propriis viribus non
potest comprehendi, aliaque nichil inter
deum hominemque distaret, si consilia
et dispositiones illius maiestatis et
ne cogitatio assequeretur humana. Ne-
pe ut dicit venerabilis Franciscus
petrarcha laureatus. libro primo
de vita solitaria, supra humanum
modum rapiantur. opportet quod supra
hominem loqui aut intelligere vo-
lunt, certa quod fieri non potuit. ut ho-
mines per seipsum ratio innotesceret
divina, non est passus homines deus
luminis sapientie requirentes diutius
errare. ac sine ullo labore cassum
vagari per tenebras inextricabi-
les. aperuit oculos eius aliquando
et notionem veritatis numinis suum fecit, ut
et humanam sapientiam nullam esse
monstraret. et errant ac vago via
compleret ondet vivatio, quo etiam
pacto alloquens prout dominus lice-
tiandum dixi, frater paule deus
ignis misit me, ut videas, et im-
plearis spiritu sancto. veruntamen pauci
admodum utuntur hoc celesti lumine
ac munere, quod obnoluta et obscura
veritas latet, eaque vel contemptui
doctis est quod idoneis assertoribus
eget vel odio indoctis ob insitam
sibi austeritatem, quam natura hominum pro-
clivius in vitia pati non potest.
rasque amaritudo permixta est.
vitia non voluptas tenditur sunt
illa offensi. et ista deliniti fe-

runtur in precipes. et bonorum specie
delectati mala pro bonis amplec-
tuntur. Sue cuncta predicto ...
huiusmodi corruptis mederetur, ut
docti ad veram sapientiam et idiote
ad veram veri dei cognitionem religionem
beneficiis utique eius qui solus
potuit et fecit, dum sub vela-
mento legis veteris ad erudiendam
plebem suam salutis viam mit-
teret prophetas sapientes et scribas
et per ... temporis gratie quo
nobis oriens ex alto emicuit,
misit quosdam apostolos. alios evan-
gelistas. alios autem doctores et
pastores in opus ministerii. Ad
Ephesios iiij. de hoc tunc ex
premisso. Sed quod secundum Gilbertum
in suo doctrinali parte secunda
pronuncias eius qui alios doc-
turus est consistit in ratione
dicendi et secundum b. Aug. in libro
iiij. de doctrina christiana. doctoris
catholici officium est ut doceat
moneat et placeat. recte con-
cludere quod mittendus in officium
doctoris catholici debet esse rectus
... se per habitudinem cognite
veritatis. et clarus ex se
per administrationem doctrine efficacem
et horum alterum prosequitur con-
ducit ad scientiam doctoralibus
insignijs coronatum capiti pul-
chrum feliciter imponam. Summa to-
tius effectus secundum Gilbertum pallo
loco concluditur. Si veritatem
dicendam alijs apud se habeat
infusam dei beneficio, acquisitam
ex discipline studio et roboratam
bone operationis exercitio. Item ma-
ex ordine digerendo per thematis
introductionem dixi primo. rectitudinem
mittendi in officium doctoris catholici
concludi. Si veritatem alijs dicendam
apud se habuerit infusam ex dei bene-
ficio. Una enim est celestis patris in-
creata sapientia que dat ob (2) sapientiam
alijs, ideo ipsa hinc illuminans alij

lumen illuminatum, unde colligitur
Jo. prima. xxvj di. c. j. Ille ipse
qui deus est sapiencia est, et sapi-
ens nec aliud habet esse et sapere sim-
ul et sapiens esse quod participacione
sapientes sumus, nec tamen habet hoc
esse quod sapere. Nam esse possumus et
sapientes non esse, illa dei sapiencia
habet in se vitam, sed non aliud habet et a deo
sicut tamen habet esse quod vivere. Ser-
mi vero sapiencie tamen habent vitam
aliud profecto sunt, et aliud
habent, quibus non est esse quod vivere
nam possent aliquid esse, nec vivere.
Aliud itaque est illis esse et aliud
vivere, qui in ipso principio essenciam
habent per initium, vitam per afflatum
sunt. Primus etenim homo de terra
factus est, et postmodum inspiravit
deus in faciem eius spiraculum
vite, et factus est homo in animam vi-
ventem Gen. 2o c. et xxxiij
q. ij. animse. Sapiencia vero in illa
habet essenciam, habet et vitam, sed hec
quod habet ipsa est. Huic ergo si copu-
lemur, nec sapiens nec minimus
nec summus. Si iungimur, summus
minimus et sapiens. Ipse namque
deus ut dicit propheta, summum est bonum
et in ipso etiam dicit apostolus veritatis
nos dicere fateor. Apoca. ij. Qui
habet aures audiendi audiat quid
spiritus dicat ecclesiis. Et ego in
ero in ore tuo docebo quod te
quid loquaris. Sicque consentimus
decor dictum penitencialis in offi-
cium doctoris catholici hic docet
apud se veritatem beneficio dei in-
spiratam, cum sine sapiencia incarnata
nunquam ad veram potuit sapienciam
pervenire. Ideo si parumper am-
plius libeat attendere, labor iste
philosophorum nec quidem unus equi
duo sudoribus, nobis patulo
quod firmatur audit. Ambula-
verunt enim in eternitu creature
non invenientes in quo possent
quiescere, sed quo principalitatem
apprehenderunt ... et per superbiam

recesserunt, qui cognoscentes deum non
sicut deum glorificaverunt, sed evanue-
runt in vanitatibus suis. Multa
quippe scire potuerunt, sicut scripta
sunt soli, vel a deo inspirati, vel ab
angelis adiuti, aut a scripturis in-
ducti, sed fidei speculat non habentes
et non in via, sed per devium ambu-
lantes non potuerunt penitus non
errare. Sanatur enim oculus intel-
lectus per fidem ut purgacior eius acies
limpidius videat veritatem. Et sicut caries
inflata claudit oculos corporis, sic su-
perbia visum cordis. Unde Gregorius
Gregorius xx. Moralium c. viij.
Non habebat ille hec doctrinam principaliter
lacrimas compunctionis humilitatem
confessionis neque satisfaccionis pro
salute, civitatem celestem, patulam
[illegible] archam sponsi [illegible]
sed a parte sua ... Sicut
ait Hugo. Invenerat mundus sciam
inflativa aqua intumuit, et per
illam quam ex carnis habet viam
fecit, et scalam per quam ad dei
sapienciam ascenderet, sed contempsit
presumpsit. Nam credens homo carnalis
... suos oculos et de falsa
sanitate presumens, et verba curis
sue prodiens deserit iste dum asten-
dere supponit. Nam incredibili a luce veri-
tatis sane oculis infirmitate et defectus
unitatis recessitus solitus redit in
se ipsum, et successit stultus cum debue-
rat confirmari vitio et in mendacia
figmentorum assumpserunt creaturarum
species visibiles, et simulacra divinorum
sed erat similitudo perversa ut in ea
non cognoscerent deum maiestatem
et tenebrosa, ut non ingereret
oculis sanitatem, et medicinam ut
non proficeret ad salutem convertentes
lucem in tenebras facti sunt ceci, et stulti, ceci
ingratia, stulti superbia et de confi-
dencia. Venit ille vere qui lutum
ex sputo fecit et linivit oculos ceci
et lavit et vidit et ait qui lo-
quitur ipse est filius dei. Joh. ix.
Nam humilitas salvavit assumpte sunt
carnis lucem infudit, et sordes criminum
expurgavit.

et dei sapiam demonstrauit / ut prius a
conspiceretur / et docens audiret / qui
palpabilium ymaginationibus
inspiceret / mundi sapientibus credebat
et non inueniebat / sed per uelamine
umbre et ymaginationes apprehe-
debant / Et hec de primo
Quo ad secundum dico / ydoneitatem
mittendi in officium doctoris katheci-
zandi / si ueritatem aliis dice-
dum apud se habeat acquisitam
in disciplinis studiis / Attendit sic
ad hanc rem in euangelio Mathei
Herodes rex cogitans omnes principes
sacerdotum et Scribas populi sciscitabatur
ab eis ubi Christus nasceretur / At illi
dixerunt In Bethleem Iude / Et
addunt / sic enim scriptum est per pro-
phetam / Ecce qui scripturas ex discip-
lina tenuerunt / ad prophetas recurre-
licet cum multi nomine quod non
audierunt / tam quam scriptum uel expo-
ne / necesse est enim secundum usum co-
munem addiscere / Plinius enim
pauperum legem quem non fecit
vij q. j. Perfecti / Et Seneca testatur
in libello de moribus / Id sapit
unusquisque quod didicit / Et Ouidius
in libro tristium / Erit nunc nomine
nemo docere potest vel potest Sic
paulus Corinthios et Timotheus
Sic et ipse legis diuine lator
sed homines audiuit / licet Cristus
unus a Moyse / Et quidam alii et
maxime Apostoli scolas non intraue-
runt / adeo eruditi / amulta prestat
enim scire necesse est / qui uult predi-
catione bonum docere / secundum dominum
Gregorium Nazanzenum in Apolo-
geticis / Si enim secundum Tullium in
multis necesse est erudiendum esse oratorem
tam / quantomagis in sacris libris et
Canonicis scripturis docentem In
co quippe spectat cum omnem dialec-
ticorum / filia philosophorum / verba pre-
tium / Poetarum memoria / in risu
saltatorum vox / tragedorum gesty
ut ...ad / legendi etiam poete / cognoscende
historie / cum etiam doctores alii
scriptores eligendi / et quantitatibus ca
laudandi / interpretandi corrigendum
et aliquid uituperandi / disputandi
de omni re in contrarias partes
et quod erit in qualibet re quod probabile
uideri possit / eligendum / et
perfecte / cognoscende etiam leges
perpiciende omnis antiquitas se-
natoria / consuetudo / disciplina rei
publice uite / libandum etiam est
ex quoque urbanitatis facetiarum
quidam lepos / quo tamquam sale asp-
gatur omnis oratio / Et hec eadem sit
oratores secundum Tullium fundamenta
que et si uera ueritatis assertor
dedignari non debet / cum a Moyse
et Daniel omnium scientia Egyptiorum
et Caldeorum eruditi fuerint / Hieroni-
mi logica / in eo tamen non maledicitas
eloquie / non celeritates rethorum et
alia eiusmodi quesierunt / sed potius
ut quum ubi dei curam et doc-
trinam digne valeat explicare
utique bene et recte nouit dare consi-
lio suis triticum mensuram et dis-
ponere sermones suos in iudicio
ac ueritatem / magnam maxime
consequeretur ac ... explanatione
cum posteritati fiant quod hortatur
Apostolus petrus / parati semper ad satisfa-
ciendum omni poscenti uos rationem
de ea que in uobis est fide et spe
prima eius iij / xxiij q. iij Ideo di-
cit / ... ad huiusmodi
doctrine digne complendum omni
... amplandum verborum
ac sermonum supellectilem necessariam
esse persuasum sit omnibus / policy
... secundum libro c. x. quod omnes scripturas
legendas esse probabile affirmat
nisi sint lectionis ... est
non modo que scripta sunt sed et facta sunt
ad hoc utilitatis licet eis uetat
ineis instituta ... / Sic tamen secundum
eundem c. iii. legenda sunt quia vir-
torum aliqua que lecta fuerint neglect-
gunt / reprobent nouella / aliqua
videant / in tenebris ne sint oc-
cupata / Secretum libri katholici
utilius legimus / et caueamus / et
gentiles simpliciter periculosius
patent / sed in utrisque ...
fidelioribus ingenuis utilissimum est

Nam exquisita lectio singulorum
doctissimorum tanta electio meliorum
optimum facit ut eundem in libro de vita
solitaria et in epistolis Senece ad Lu-
cilium legitur. Apes inquit debemus imi-
tari que vagantur et flores carpunt
deinde quicquid attulerint disponunt
et per favos dividunt, ac succum va-
rium in unum saporem mixtura quadam
mutant. Nos quoque quicquid diversa lectione
quesivimus ~~[illegible]~~ contrahamus in usum atque
ut ita in ordine racionis iudicio de-
gente coalescant. Hec profecto ut
dicit Franciscus petrarcha laureatus
libro primo de vita solitaria c. xxxiiii.
Habitatores vero quorundam dicit urinarum
postea meminimus. Nos vero nulli,
non danubii eufratis lustrabat
ad predas hystoricas ineptias
non adeo simus delectabiles ut tue-
ta passim aliena contempnerent quam
mallent quicquid usquam vere laude
dignum erat, etiam apud hostes
etiam apud arctos, etiam apud exte-
ros ac vicinos sicubi virtutum si-
cubi morum splendor sicubi belli
sicubi pacis artes sicubi lingue
sive ingenii suppellex ornatior
aut opulentior doctrina rapi-
de in suam domum conducebant
nulla cum spolia opimiora con-
ferrent. Hec ille c. [illegible] precia repu-
tabis inter hec morbido vite cu-
ras recreandi lectionem prope dare
operam et scripture et alternum
laborem alterno levare solacio. legere
que scripserint primi, scribere que legant
ultimi et beneficii litterarum a ma-
ioribus accepti quia in illos non possumus
in posteros saltem gratum agere memorem
animum hec in eos quibus quid pos-
simus non ingrati sed nomina illorum
vel ignota vulgare vel obsolescentia
renovare vel senio obruta eruere
et ad pronepotum populos venerandum
transmittere illos sub pectore atque
ut dulce aliquid in ore gestare denique
modis omnibus amando memorando

celebrando, si nam parem eis debita
meritis referre gratiam [illegible] pro ea
quidam Arcium patris esset poetis
viri venustus post mortem divinitatis
honore cultos audimus. Iste quidem
potius quam pie, nulla enim pietas
[illegible] una deo offenditur sed erga me-
ritum, grata que humanitatis [illegible]
sulta gratitudo mortalium. Quamvis
honoribus non contenta usque ad fri-
volas processit ineptias. hinc Appol-
linem cytharam, hinc eundem ipsum
atque Esculapium medicinam, Saturnum
liberumque et Cererem agriculturam,
Vulcanum fabricam deos fecit. Hinc
Egyptus Isidem, Athene doctam urbis
Minervam coluere quod illa lini, hec
olei usum artemque lanificiam repperisse
ferebantur. Longum profecto foret singula
prosequi que apud veteres [illegible] vani-
tatum nullus est modus sed hec sufficiet
dixisse ut si talium rerum primis
auctoribus hec aliquis debetur quod debemus
magnum, humanam tamen modestiam quam
non inficior quam nam [illegible] artium
quam nobilium repertoribus debentur,
qui non vinearum silvas, non tellu-
rem non fidium tinnitus aut bis
non oleum aut vinum [illegible]
sed feliciora quedam instrumenta
ad cibum et ornatum cultumque
et medelam animi peperere. Et
id debitum quo melius quam litterarum
potius persolvere quam multo plerumque
nomine vel alicuius consecrabimus
nomen quod si ere vel marmore
virorum illustrium imagines [illegible]
damus. Sit itaque et hec nostro
tempore nobis occasio exercicii litterarum
Postrema quia in membro tertio [illegible]
necitatem mittendi in officium doctoris
catholici ecclesie et vitam [illegible]
dicendam apud se habeat [illegible]
tam bene operationis exercitio. Nos
eius ut dicit Franciscus libro primo de
vita solitaria c. i. Copia litterarum
semper modestiam potius [illegible]
et persepe inter linguam et animum
inter doctrinam et vitam contrarietas
magna est. De hiis profecto loquitur qui

Hor [illegible] dus libros auctoribus et [illegible]

G 3m

4

libris impediti et onerati potius quam
ornati rem pulcerrimam scire
tepissis moribus miscuerit
tanta animi vanitate ut sco-
las nunquam vidisse multo melius
fuit qui ibi hoc unum didicere
superbire et bravium sciencie
honores ex tactis hominibus
qui quasi etiam venalem quam sup-
pellectilem tota urbe circumfe-
runt stulticiam levatam quod ut
paul sit ab homine sensato
non abre duxi idoneitatem
in efficaciam doctrinis bone
operacionis gracia roborari Aug
enim vel predicatio et doctrina ha-
beant venustatem tamen in bonum
tantum tum actionem ne contingat
illud ad Ro. ii Qui predicas non
furandum furaris et qui dicis
non mechandum mecharis Et qui
alium doces teipsum non doces Con-
cordat ysydorus de summo bono
li. iii c. xxxvi Qui non vi-
vit sicud docet verbum quod pre-
dicat contemptibilem facit hinc in-
formatam omnibus quod docendis aliis
primo prespice et legas et audias
cepit ihesus facere et docere Con-
cordat clarificatur doctor in quo eius
sigillum in docere videtur hortat-
dum agit quod loquitur Apostolo teste
ii ad Thes iii Non nosmetip-
sos predicamus sed dominum ihesum xpm
ubi perfecto reperitur modo in doc-
tore virtutum signa sed apparue-
runt lingue enim non fidelibus
sed infidelibus date sunt in signum
sed modo propagata fide non inde
egemus signis miraculorum
Antiquitus enim Apostoli nova
faciebant qui nova predicabant
quando mundus erat quia florebat
mundus vacabat vanitatibus
Et ideo ut corda audiencium
ad fidem invisibilium traherent
visibilia mirabilia visibili-
bus miraculis demonstrabant
quis per id quod mirum foris

agebatur illud quod intus erat mira-
bilius esse sentiret Act. viii
Philippus descendit in civitatem
Samarie predicabat illis xpm
Et sequitur Intendebat autem turbe hiis
que a philippo dicebantur videntes
signa que faciebat Sed iam ha-
bitudinem intrinsecam faciem docto-
ralis officii breviter explicavi Et
ut Juliano utar verbo rem gran-
dem breviusque tantarum rerum dici
posse utcumque perstrinxi Sed ne
barbarum videar proposito nunc sub
contemplacione eorum que dixi thema
propositum intueor et eisdem dictis
ipsum correspondere concludo Quid
enim aliud dum presentem dominum lic-
enciandum alloquor dominus ihesus misit
me licenciando nisi ut gratiam agnite
veritatis beneficio dei largiter
infusam predices quia de plenitudine xpi
omnes alia accepimus Johannis primo
Quod dum annectitur ut videas
volo nisi eadem discipline studio
in ipsa acquisitam dictatam quia assi-
duum usum studio multiplicatur
artis dicit vegetius li. ii de re
militari Et quod concluditur et
implearis spiritu sancto efflagitur nisi
ut quod vite intellecta recte sunt
per ipsum aliis pronunciata bone
operacionis exercicio roborare unde
quia spiritus sanctus est principium et causa
omnis operacionis bone Prima quidem in ista
Sit quod frater paule dominus ihesus misit
me ut videas et implearis spiritu sancto que
sunt verba loco thematis assumpta
In quibus ac verbis tria introducuntur
optime acumen discrecionis intellectu
contemplare primo divine maiestatis
beneplacitum quia frater paule dominus ihesus misit me
Secundo attende humane voluntatis de-
sertum amotum quia misit ut videas
Tercio mirare et tercio ineffabilis caritatis
divine tibi nunc impensum quod misit
me ut implearis spiritu sancto Racione prima
intende ut primo mentis affectu divine
maiestatis beneplacitum concernas ut
dicas illud Domine quid me vis facere
Fiet ideo dum non sit qui eius posse

resistere volui. Hester xiiij. Racione
studii humane videlicet tenta-
tis caliginis ablata sic tibi ac-
curate videndum est, ut omnia la-
bentis huius mundi oblectamenta ret-
norum intuitu vilipendas.
Ut dicas cum Sapiente: vidi cuncta
que fiunt sub sole et ecce universa va-
nitas et afflictio spiritus. Ecclesiastes
primo. Sed racione tercii divino
videlicet et tanto munere suscepto
magnopere curandum est ne in vacuum
graciam dei accipias, ut dicere possis
cum apostolo: Gracia eius in me vacua
non fuit. prima ad Corinthios xv.
Adhuc qui me teste satis in susci-
piendo docentis gradu humanum
differebas amplecti consilium,
in tanta fortasse humilitate detentus,
nunc si percontaris quod et quis
sit qui iubet, attende sicut paulo
ante per dominum Ihesum. Sic enim dicitur:
est tibi contra stimulum calcitrare.
Actus ix. Et si adhuc suspenso
ad ingredienda propriam teneas sen-
tenciam, misit me ut videas et in-
spiciaris sponsa, ut videlicet videas
quo tramite aliorum quos in spiritu eos
docturus es in salutis viam pro-
ducas. Quod pridem persuasio ven-
dam contemplativa divine maiestatis
contemplandum est pre mentis affectu
sumunt ab eo usque propheta qui
tamen opus dei psalmum ad predica-
dum quereret dicens: Quem mittam
et quis ibit nobis? Vel cum se ob-
tulit dicens: Ecce ego, mitte me.
Ysaie vi. viii capitulo. In scripturis
tibi enim ut ait Gregorius in registro
ungendus preis pro complenda utili-
tate de secreto quietis ad publicum
nunc egressus es. nos quidem dicturi
sumus: si secretum nunc promis
utilitati proximorum tamen ita
nobis ex corde appetenda est et tamen
plurimorum [illegible] aliquando postponenda
quod tamen nonnulli deiecti animi et de-
generes habentes non admittunt
qui paternum semper eligunt quietem
non valentes a pusillanimitate.

quo contemplatio adiungitur proximorum saluti
postponenda

spiritus modici temporis sustinere tempestatem
nescientes. Propter vexacionem tribuit
intellectum. Ericius ut continuum et
reponatur in horreis. Quadratus lapis
ut sine sonitu mallei in edificio
collocetur. Monetur Elyzeus velut [illegible]o
ut Helias rapiatur in celum. Al-
terum vero premissorum: ubi dixi
humane cecitatis ablata caligine
sit omnia huius labentis vite ob-
lectamenta contemnenda ut eorum
intuitu contempnantur. Ut iam de
katholicis scriptoribus sileam quorum hec
foret novissima omnibus fere re-
citare, probant etiam eorum
scripta quibus lumen fidei divi-
num luxisse dicit enim Tullius
in paradoxis 2a summa. Cui spes
omnis et racio et cogitacio pendet sunt
ex fortuna, huic nichil potest esse cer-
ti, nichil [illegible] exploratum quod permansurum
sit vel uno quidem diem. At michi
hercle cura est ut eo statu
essem quem neque fortune
temeritas neque inimicorum
labefactaret iniuria. Et sub-
nectit: Mors terribilis est
hiis quorum cum vita omnia extin-
guntur, non hiis quorum laus
emori non potest. Et Seneca in
libello de naturalibus questioni-
bus: Ergo contempta res est homo
nisi supra humana se erexerit.
Et iterum: Virtus ista quam
affectamus magnifica est, quia
etiam tue consummacio [illegible] plerumque
bonum fortis habeat. Cum animus
malo celitatus petit altum et
in interiorum sinum venit. Et post
pauca: Punctum est istud in
quo navigatis, in quo bellatis,
in quo regnatis. Sursum in-
gencia sunt spacia in quorum
possessionem animus admittitur.
Ita demum si sordidum esse
desierit. Sed pro veritate terciij et
ulti, ubi dixi magnopere
curandum esse ne in vacuum vi-
licet accidens graciam dei accepis-
se dicaris, accedit id quod [illegible]

diu cōiter arguit qui thalēta
conuissimi negligit credere ad
vsuram. mt xxv. Dona cnim
vt dt Gilbtus. plurimis dant
non vt agāt vitā solitariam
s; vt vocent eos ad coronam
vtq; pnata liquenter negocia
multarum inde lucrent saluⁿ
tem aiarum. Ad vos aūto
uirorum optie frater paule
michi iste est sermo vt sciatis
vos iam nunc dei in publicum
euocatum/ velut virum scia⸗
ditore et ātuitā claritate cop⸗
batum/ vt detis cōsiliū dubijs
lumen cecis/ leticiam mestis
securitatem metuentibus/ spem
deiectis/ salutem egris/ requiē
fessis/ refrigerium afflictis/ vtq;
possitis mōstrare iter errantibus.
sublevare humeros cadentibus
dare dexteram pstratis/ qm vt
hec oia cū maiori aucte faci
atis/ licētia vobis i decretis sup
est concedenda. Verumptamen ꝯ dt xp̄s
omnia in generalitatione fiant ⸗
fieri inte generationes debi⸗
tas agenda. Pm̄ deo omnipotenti
tuis donis ad hac graciam puenisti
et deinde aiabus pribus docto
ribus et magistris venerādis. ac
cetis dnis qui dignati st hunc
actum in psona vra sua pncia
honorare aucte pᵹuilegiorum
q9 Alme vniusitatis concessa vob
licenciam petendi doctoralia insi
gnia i decretis/ et amīa ꝯcede
di/ que hunc ꝯdem cōtinue et
coram hac doctissiorū virorū
cetu promitto vos licenciatis
in ꝯirectamonica nomine pris
et filij et spūssti Amen

Sthis xpus

Veracius iam dicendo hunc
p̄sentē comitatus ornatū princi
palibus/ quo ad cōtū principa
le officij mei ꝯ hic viriiij
et integris perpium et dnīs hu
manistꝫ litteris insignem doc

toralibus insignijs ampliori aucte
tochoristum. Quos ut suo more
fiat p fundamento sermonis mei
ipm̄ allegnor vbo eq scribitur
Act xv. sibi quidē magis apta
et pme i pcribus ipius pmotio
nibus assumpto. Paule frater
dns ihus misit me vt videas
et impleāis spūsco. Reuere
dissime pr̄ ꝯstantissimum dnīa doc
tores eximij et magri ac singuli
dni et fres honorandi i hac sacra
canōica admirati. Licet auctoritas de
tradicione doctoris catholica in pluribus
tuttis hē persuasum esse ratio
sum non humanum id s; diuini
muneris esse. qui vt deducit b.
Aug de ciui dei li. xviij c.
xxxviiij. doctrine veritas nō hē
nisi deo auctore. sine quo ecia
vt dt Ilarius lib vij contra gētt
les. nec sciri deus pt nec expli
cari nec abire. qr sine sapiēcia
sapiens erit. xxxviij di. si inpta
Oriāus ii philozophatū mortuorum
plures esse clauos capessendi ut
nō ifitiamur. Quas enim eximi
tilianus in li°. de institutione oratoris
satis digessit. vna tn̄ esse singularē
et qui clauium clauem katholica hīc
et scimus et fatemur. illa vz que ap
perit. et nemo claudere/ claudit et
nemo appit adeo vt quamuis eam
non apprehendit. infirmiter potius cre
dendus est. Ut Ricardus magnus de
ducit po[ntificalis] li vij c xvij.
Crevorā vt monstrare possit quali
sint aequitate vitiis in urā doctora
da iecta fundamenta. ipm allegr
vbis pmissis. paule fr. dns i miⁿ
sit me. vt videas et impleāis
spū sco. qui si ad pposita amplius
libeat conuerti. conteplem. paruper
priorem illum quo humana statu
et mirum pariter et indignum vi
deri solet. qz totius fere stulticia
stu religiones nouas suscipiet
deosq; multos crederetis in tantum
stulticie ignoranciam sui ventum est
vt ablata ex oculis veritate.

De ydolatria gentilium

neque religio dei veri / neque sapientie ratio
teneretur. hominibus non in celo summum
bonum querentibus sed in terra. Quare
prisco seculorum veterum mutata fe-
licitas est / ceperunt enim relicto pa-
rente et constitutore omnium deo / insen-
sibilia digitorum suorum figmenta
venerari / que pravitas quid effecerit
quidve malorum attulerit res ipsa declarat.
Aversi enim vos a summo bono ad cor-
ruptos et fragiles deos lapsi sunt
et studentes hiis rebus quibus so-
lum corpus ornatur alitur et de-
lectatur. quoque ut dicit petrarcha lau-
reatus in primo libro de vita solita-
ria. Nichil fugacius est morte / secundum
perpetuam cum diis et bonis corporalibus
quesierunt. Insecuta est in eternam re-
ligionis impietas subsecutum est
dissidium etiam humane societatis et fraude
nephas omne. quia spretis terminis atque
interruptis hominis et que sola gerunt
ab homine concupisci temporalia et bona
maluerunt. maior quam hominibus ad
malum fides fuit / qui preclarum vero
pretulerunt. Sic humana vita prioribus
seculis in clarissima luce versata cali-
gine et tenebris comprehenditur et quod
eiusmodi pravitati congruens erat
postquam sublata est sapientia / tunc de-
mum se homines sapientum no-
men vendicare ceperunt. Et quadmo-
dum deducit Augustinus xviii de civitate
dei c. xxxvi Primum quod tempore prophetarum quam
mundi sapientum dicti invenirentur seque
traduntur qui primi omnium quod de re-
bus naturalibus querere ac dispu-
tare ausi fuisse sapientes se appellari
quod meruerunt / qui tamen ut idem dicit
nichil monimentorum quod ad litteras
pertineret reliquerunt nisi quod Solon
quasdam leges atheniensibus dedis-
se perhibetur. vii dicti [illegible] precessit
misterium calamitosumque seculum
quo per orbem totum vix solum
fuerit / qui hanc vocabulo diceretur.
Nemo enim iure potest dici homo insi-
pientis nisi qui sapiens est / ut dicit Lactantius con-
tra gentes libro iiii. Sed si ceteri omnes
preter ipsos stulti sunt / nec ipsi

illi sapientes / tum nemo esse sa-
piens vero iudicio stultorum
possit per que satis innotet
non nisi per veram sapientiam sa-
pientes fieri posse. Adeo etenim
ab hiis de quibus sermo est abfuit
sapientia / ut nec postea quidem in-
crescente doctrina et multis ma-
gnis quoque ingeniis in idipsum semper
intentis potuerit veritas percipi
aut comprehendi frustra certo / ut
dicit policratus libro vii c. xiii. cum
sit de capacitate ingenii. de me-
morie capacitate tenacitate
de assiduitate studii / lingue volu-
bilitate blandiuntur. quia si hec in
nimis fuerint quo efficaciora vi-
dentur eo amplius aberrabunt.
Nam et equus quo velocius ab-
errat eo tardius domum quam qui
insidet redit. Unde et post illorum
septem sapientum gloriam intol-
lerabile videtur tanto studio inqui-
rende vite exercitia annis exer-
cerent. at secundum nomen ipsum sapie-
ntie arrogantius putavit. seque non sapi-
entes sed studiosos sapientie vocavit
quo facto et illos qui temere sibi
sapientie nomen asciverunt / er-
roris stultitieque damnavit. sed
aut pluralibus causis fuisse cun-
tat ingenium. totis temporibus summo
studio et labore quesita non
reperit nisi quod cum prius et sa-
pientes esse ex suorum studiis consumunt
vero aquam inveniunt tempore. Lactantius
ubi supra. Ceterum pitagoras et
postea platho amore indagande
veritatis incensi ad egiptios et
magos et persas usque penetrassent
ut earum gentium ritus et sacra
cognoscerent. suspicabantur
enim sapientiam in religione
versari. Caldeos tamen non adies-
serunt. paucos quos tunc solos
erat / et quo facilius ire potuis-
sent. Sed aversos esse divina
providentia arbitrantur / ne scire
possent veritatem / quia nondum fas
erat alienigenis hominibus re-
ligionem dei iusticiamque innotescere

Stauerat eius dous appropinquante vltio
tpe. ducem magnum collitus
mittere qui eam pro dono ingrat-
to et ipso ablatam ceteris
nationibus reuelaret. Hec ille
Caspter et ime ind doctorando
dicto Sancte paule frater dns ihesus
misit me vt videas et implea-
ris spiritu sancto. Impleueris nequa-
quam vt in vacua manente sapie-
stlaris explosa qui vani spe-
simus hamides. Unde et nos spe-
cia dei Sapientie viij. impletus
cognoscitis agnicione dei etiam
bonitate in omni opere bonum
scias et te omnium qui hec no-
titiam et intellectus vigorem
de plenitudine eius omnes accepis-
se Io. primo de pe. di j. libenter
verumque perfectionis plenitudo
mittendi in officium doctoris ka-
tholici consistit in ratione dicendi
vt sit rectius iterans per plenitu-
dinem cognite veritatis et clarum
eius se per administrationem doctrine ef-
ficacias quemadmodum dum licenciati
re prius dum doctorandi insis-
terem. Omnia cumque proportionis
membra primo tunc absoluto
hoc alterum adiungo prosecuto
quiddam fine videtur proposito dicto
perfectionis consistentiam in officium
mittendi in officium doctoris ca-
tholici rite concludi. Si doct-
cius is qui administrat aliis per
sui claritate et pateat aliis
placeat sui vtilitate et placens
moueat sui vigorositate. Et hec
tria resumendo dixi primo
plenitudinem perfectionis mittendi
in officium doctoris katholici
rite concludi. Si doctrina eius
qui administrat aliis pateat sui
claritate. Pro vltate hec accedat
illud quod apostolus, prius Agrippa
rege de criminibus consinuens
attento qui possit intelligere
qui auditurus erat, scriptum
de causa victorie. statim in
principio gratulatur eius de sibi
quibus accusor a Iudeis. Rex
Agrippa estimo me beatum

tum apud te sum hodie defendendum
cum precipue nosti cunctas que in-
sunt consuetudines et questiones. Act. xxvj. legerat enim
illud ysaie. Bonus qui in ante
loquitur audientis et nouerat
tam oratoris verba proferre quam
iudicis prudentia cognouisset
Et non immerito quia vt dicit Gil-
bertus in secunda parte sui con-
dimenti. Ex nimis perdes clamo
aurea si non apparat quid-
simo si non edisserit. Et beatus
Cyprianus li. iiij. de doctrina christiana
in sermo optima est quo fit vt
qui audit verum audiat et
quod audit intelligat. Et iterum
cuius perdest locucionis integritas
quam non sequitur intellectus au-
dientis cum loquenti omnino nulla
sit causa si quod loquimur non intel-
ligant quibus loquimur. Qui ergo
vt intelligatur loquimur. Cum ergo
docet vitabit omnia verba que
docent nec est. Et hoc quidem
nedum in collacionibus vbi
mutuo conferuntur sermones
verum etiam et multo amplius
in populis quibus premitur sermo vt in-
telligatur censeo obseruandum
quia in collacionibus cuique
interrogandi potestas vbi ac omni
tacet vt audiatur vnius et in eum
intentis oculis tendunt ibi vt re-
quirat quisque quod non intellexit
nec moris est nec decoris. Et
per hoc magnopere debet tacenti
subuenire cura dicendi. Et
quibus collis quanta pallere pe-
ritia debeat qui docentis gerit offi-
cium in populis vt etiam et singula
verba examinet quibus apud aliorum
intelligentias sinctum fecerit. Unde
Oratius vir acutus et doctus
hoc quidem in arte poetica eruditus
interpreti precipit. Nec verbo verbum cura-
bis reddere fidus interpres. Unde
sanctus Ieronymus ad pamachium. Si quis
in aliam linguam aduerbium expressa
translacio sensum operit et veluti lecto
gramine sata strangulat. Et hec perfectio
difficultatis operis docendi constringit.

dicit enim Gregorius Nazanzenus in apo-
logetico / difficile negocium est in
tanta multitudine / ubi etas et
condicio varia est / de talibus dis-
putare / et velud multarum
cordarum quandam cytharam feri-
entem / invenire et proferre aptum
ad omnes predicacionis aut doct-
rine / Et ita veluti plectrum sin-
gulis admonere / ut nusquam
offendat auditum / Periculi
nempe non parum eciam in eciam di-
cendi periculum pendet. ex professo ex
verbo expanditur ut non facile e-
veniat in uno saltem aliquo
si non in omnibus labi / aut in- mu
tilandus est sermo / aut ad compla-
nandum deficit sermo sufficiens /
aut in plena / crassior non ca-
pit auditus / et cornus quo-
rum casu fit in omnibus periculum
virtutis et quem in alijs quibus-
cumque studijs et doctrina facile est
proferens sermo / vel rapitur / an tamen
vero mens sedulis ipsa auditorum
expectacio dicturo periculum genera-
bat ille Iudeus est / et Hebreorum
seniores ferunt / eum apud ipsos
lucidissimus fuisse non mysteriorum
morum / ut non omni etati omnis
scriptura sit legenda vel docenda
committeretur / hystorias enim disce-
bant a puero / scripture vero que
sub velamento latere tegebant
aliquod sacramentum / nulli ante vi-
cesimum quintum annum vel disce-
re vel scire committebatur / quod capitulo a
cepimus exemplum in parvulo oste-
dunt Ioseph etem xxx annorum
erat. cum stetit in conspectu Pharao-
nis. Genesis xli. et capitulo xlij dicitur quod decem
fratres Ioseph ut emerent fru-
mentum quod in tempore famis distri-
buerit / Beniamin parvulum
non duxerunt secum / Sic et Caleph
iuvenis etate erat quando missus est pro
terre exploracione. Numeri xiij et
Ezechiel xxx annorum fuit / dum
ei misterium divinitus fuit revelatum
Ezechielis primo / Sed nec moveret
dicet quempiam quod Ieremias / et
Daniel spiritu prophetie in puerili

adhuc vel primi etate quia divina mi-
racula ad consequenciam trahenda
non sunt sed magis admiranda
in j. q. i. in c. sed obicitur / considerandum
quod accidit ad hanc rem / quod dicit beatus
Gregorius omelia secunda super Ezechielem
aliud est quod nos de doctrine usu et
disciplina discimus / atque aliud quod
de miraculo scimus / Non tamen inficior
nos dicimus beati Ieronimi. qui in iuvenil-
ibus et adhuc calentis etatis in
choatibus conceperat. in labore et arden-
tissimo studio / vitaque scimonia / et
oracionis ad deum frequencia sciam ad
tantum se / vigeat sapiencia / que eciam
in plerisque senibus etate marcescit
Sed quia adolescencia multa corporis
sustineat bella / et inter incentiua
viciorum ac carnis titillaciones
quasi ignis in lignis viridibus suf-
focatur / et fumus / ut fumum non possit
explicare fulgorem / Senectus
aut illorum qui adolescenciam
suam honestis actibus instruxerit /
et in lege dei meditati sunt die
ac nocte / etate fit doctior / usu
rigidior / tempore processu sapiencior
et veterum studiorum dulcissimos
fructus metit / et hec de primo.   Capitulum secundum
Quantum Secundo. plenitudinem perfecte
mittendi in officium doctoris catholi-
rite concludi Si doctrina quam ad
ministrat alijs placeat sibi utilitate.
Germanus enim predicator catholica
non debeat esse vana superba
aut questuosa / quia sicut adulteri
ne cogitacionis reus censetur mu-
lier qui appetit placere sponse pro-
ximi que eidem defert a sponso.
ita est de eo qui verbum doctrine refert
ad commodum proprium. seu ad inanem
sue laudis famam catholicus
tamen doctor debet sic appetere ut
placeat hominibus / quod id quod audiat
libencius / non ut se amari
desideret / sed ut auditores in affectum
veritatis trahat / et dileccionem sui quasi
quandam viam faciat per quam
auditorum corda ad amorem

dei introducat. Ex hinc quippe mo-
sicut Gregorius in pastorali c.
xix dicit. difficile est ut quelibet
recta annuncians predicator qui
non diligitur libenter audiatur.
Debet ceterum studere se diligi
quatenus possit attencius audiri et
tamen amorem suum pro semetipso
non querere ne inveniatur ei cui
servire per officium cernitur
occulta cogitatione tirannide
insultare. Hoc perfecto apostolus nobis
insinuat cum sui nobis studii occulta
manifestans dicit Sicut et ego per
omnia omnibus placeo. Qui tamen
rursum dicit: Si adhuc hominibus pla-
cerem Christi servus non essem.
Placet ergo apostolus et non placet
quia in eo quod placere gestit non
se sed per se hominibus veritatem placere
querit. Sic quod placeat doctor catho-
licus querat non ex adulacione
aut verborum venustate sed ma-
gis caritate et utilitate malit
rebus placere quam verbis nec
estimet dicta melius nisi que di-
xerint ne doctor verbis serviat
sed verba doctori. Verumtamen ita eo
preveniendum verbis sinam ut prevaleat
animus corpori xxxiiii di-
sedulo. Hec etiam ut dicit Lactancius
libro v contra gentiles causa est
tur apud sapientes et doctores istius

q illos q mis ornant locut

scriptura sacra fide caruit quia prophe-
ticumi ac simplici sermone locuti sunt
contempnuntur itaque ab hiis qui nichil
audire nichil legere nisi expoli-
tum ac disertum volunt nec quic-
quam animis inherere potest nisi
quod aures blandiore sono mulcet.
Illa vero que sordida videntur anilia
inepta vulgaria existimant. Adeo
nichil verum putant nisi quod
auditum suave est nichil credibile
nisi quod potest incutere voluptatem
nec rem veritate ponderant sed or-
natu. Non credunt ergo divinis
quia fuco carent sed nec illis quod
qui ea interpretantur. Nam ut plerique
sint eloquentes perraro contingit. cum
ea in apto est eloquentia cum stili
sunt in populo se iactare gestit. Ex re-
gione verus amator veritatis gaudet
se mente veritatis luce pasci quod est
pabulum anime incredibili quadam iocun-
ditate perfusum. Et venerandus ille
artis etiam oratorie doctissimus Fran-
ciscus Petrarcha libro secundo de vita soli-
taria c. xix dicit. Verba studio elabo-
rata atque arte composita plurimorum
perfectu non respono et quamquam sit opifex
utile opus amplector. Verum hic non
non rethorica scola sed vite est. nec
inanem lingwe gloriam sed solidam quie-
tem mentis intendimus. Et non aber-
ro quia ut dicit Gilbertus libro primo: Nos sumus
philosophi animal avidum glorie, non scriptores
venales ut mercimoniis ad augmentum
pecunie vel in fomentum avaricie
nam scolastici taurum ut carpamus
folia vel verba scientie sed veritatis dis-
cipuli appetentes radicem scientie sapien-
ciam fructum vite desideratum. Ceterum
audica tuo plenitudinem perfeccionis
intendi in officiis spiritualis catho-
lice ecclesie. Ei doctrina qui admo-
nuit alios moneat sine rigorositate.
Nam quemadmodum delectandus est
auditor ut teneatur ad audiendum
ita monendus est ad id quod audit
peragendum. unde secundum Tullium i libro
de oratore et idem dicit beatus Augustinus
de doctrina christiana libro quarto ita dixit
quidam eloquens dicere ut doceat
ut delectet ut flectat. Docere est
necessitatis delectare suavitatis flec-
tere victorie. Cum docere velit quidem
non intelligit. nam se existimet di-
xisse quod velit ei quem docere velit si
ei non dixit que non intelligit.
Cum vero delectare satagit te-
neat auditorem et alliciat ut delec-
tabiliter veritate pascatur ut in verbis
non amet verbum sed verum. Cui autem
studium est ad flectendum moneat
animum audientis ut si amet
quod pollicetur timeat quod minatur
oderit quod arguit amplectatur quod comen-
dat doleat quod dolendum exaggerat
ac in hunc modum de aliis
affectionibus sentiendum quod ...

considerare debent doctores in auditoribus
ut sic flectant facilius. Debet namque
doctor katholicus ita conspicere af-
fectibus auditorum ut eos mo-
neat vel ad timorem, vel ad spem
tristiciam, vel ad gaudium. Ad quam
rem facit quod dicit Tullius libro de
Oratore. Sicud nulla materia tam
facilis est ad ignem concipiendum que possit
concipere ignem nisi admoveat igne,
Sic nulla mens tam ad comprehendendam
vim oratoris parata que possit
incendi nisi inflammatus et ardens
orator eam accesserit. Et subiecit,
Et subiecerit. Nunquam ego apud
iudices dolorem aut iram seu
etiam odium dicendo excitare
volui quin ipse in commovendis iu-
dicibus eisdem affectibus primo
nererer. Neque enim facile est perficere ut
irascatur cui tu velis iudex si tu ipse
id leniter ferre videaris, neque
ut oderit eum quem tu velis nisi
te ipsum flagrantem odio viderit, sed
neque ad misericordiam adducetur nisi tu ipse
ei signa doloris tui verbis, voce
vultu, clamacione denique ondideris.
Sic et Sanctus Bernhardus super Cantica
Sermone lxxxv. Frustra ad audi-
endum legendumve amoris carmen
qui non amat accedit. Quin ob-
non potest capere ignitum eloquium
frigidum pectus. Certe ei greee
loquentem non intelligit qui grece
non novit. Sic lingwa amoris
ei qui non amat barbara erit et
es sonans aut cymbalum tinniens.
Ornatus aut huiusmodi affectibus
magnam vim habent animos audien-
tium inflectendi. Doctor tamen katholi-
cus inflectendi studeat et ad veritatem quam
summopere studeat, ut quod non tam verbis quam facta tamen
doceat, non tam verbis quam facta tamen
aliorum moneat et inflectat. Quia plus
factis quam verbis, plus oculis quam au-
ribus homines credunt. Et sicud dicit
Gregorius viii Moralium, Cum prelatus
non agit bona que loquitur ei sermo
subtrahitur, ne loqui audeat quod non
operatur. Sic doctor qui docere audet quod
negligit agere iusto dei iudicio
in bono lingwa non est. Qui bona
opere vita retinent, scire iam nunc tu
optime quanta sit culmine doctoralis
perfectio. Et ut ita dicam rem grandem
utcumque primo ingenium an-
gusto sermone expliciem, non quo
te carissime de hiis velim instruere
docere, quem per optime liber ex eius
hiis rei monimenta affatim perhausisti,
quin mores tuos hiis de rebus tibi
ymmo intellectum conspicere lucidius
et indefesso studio conformasti, ut
que in te videat opere solidaveris
quin etiam ut testes passim
et plerumque habeant. Lectionum inter spectacula
locis tuos in volumine celebribus ingenium
effigie ..., Sed quo ...
tibi sertum doctoralibus ... adeptum
insignibus imponam in quo eciam
desiderium mei diu conceptum ...
compescitum habeam ... tam tamen
more hiis actus ad amplioris
perfectionis cumulum te invitarem.
Hoc etenim pacto Paule frater dominus
te iussit me ut videas et impleas
sponsio et tunc fuit vita in plura
composita.
In hiis autem verbis sive huiusmodi
serie introductis tria tibi viro
clarissime magnopere notanda in-
numerantur, primo ut eorum quam dic-
turus sum te per humilitatem sa-
pientie semper amicam recognoscas
ibi, Paule frater, iuxta illud quod
stetit sic tecum ecclesie ... populi
ut sic de vobis tuncti dicant
carissimus frater noster Paulus. In petri
iiii Secundo ut sic humilitatem
cognoscas ne nimia auctoritas tibi iam
concedende dignitatis enervet, quod
dicitur ibi iussit. Cum enim nimium
sonat humilitas regendi stringitur
auctoritas lapsum dicit quod iussit michi
te sed qui tum alios viam veritatis
doceat eius vitam sciat te gerere
in tribus, Nam sicud beatus Bernhardus dicit in
quadam epistola ad Innocentium papam.
Et tercio ut in hiis omnibus eo more
regularibus quibus aliorum utilitati
plene prestare semper proficere
possis quod dicitur ibi Iunius ad hoc iussit
me ut videas et impleas sponsio
videas michi ut sic pos clando
et oculus tecto Job ... Im-
pleas autem quod ut vivo utar bene

Iero in epla ad paulinum Ma-
gnum habes ingenium et multa
sermonis supellectilem, et ex quo ni-
chil i te mediocre contentus
sum. contentus sum, totum sed
nimis totum perfectu desidero
sic quod gestio ut impleamus
spu sto primi persuasio exhor-
tamur. quia arrogancia ingra-
fructum doctrine non infert di-
scipulis. d. xl. c. xliij de hoc
hoc primum doctrina arrogan-
tia ut humiliter nesciant in-
ferre, quod docet et recta quod sa-
piunt eciam vite ministerio ha-
pere in verbis cum ipsorum
que tumultuoso strepitu et cla-
more naviter de magistris assidue
disputant, similiter acrem verba-
tores. Hii sunt quos etiam literam, sillaba
et cetera huiusmodi elementares doctrine

primicias summis adhuc ingenium
retinentes, si phas est dicere, puero-
rum cum annorum facti sunt et elemen-
tarii senes. Verecundum enim est quod
tu in montem ascendisse debuerunt
ipsi cum asinis remanserunt in stercore
intelligentie crassioris. Dicit Gilbertus:
Priscianus, Tullius, Lucanus et
Persius isti sunt dii eorum. Sed verendum
est ne in tempore necessitatis articulo eis
improperando dicatur: Ubi sunt dii vestri
in quibus habebatis fiduciam? surgant
et opitulentur vobis et in
necessitatibus vos protegant. Dam-
nat enim apostolus ea que sunt tam
habentia sapientie si non edificant
ad salutem. Talibus itaque qui hac-
tenus huiusmodi vanitatibus militaverunt
et tempus exactum in superfluis plus
debito consumpserunt, consulit ipse
quod deo militent saltem ad modicum
et forte senectutis innolescant altis-
simo, qui iuventutis et adolescentie
florem in rebus nugatoriis consumpse-
runt. Etenim monstruosum est hominem
virum aut senem sugendo [illegible]
ad mamillas. Sed de puerilibus cogi-
tationibus dicit apostolus: Cum essem parvulus
loquebar ut parvulus, cogitabam
ut parvulus, cum autem factus sum vir
evacuavi ea que sunt parvuli. Hic
est quod mens infecta poeticis carmi-
nibus, illas fabularum nugas, historiasque
bellorum quibus a parvulo primis stu-
diorum imbuta est rudimentis, tempore quo
ad signata pectora progreditur, poe-
mata meditatur et quasi bellantium
imaginem ante oculos versat, et talium
fantasmatum imaginatione deludit
adeo ut etiam orationis tempore psalmodie
vel spiritualis lectionis vix mundari va-
leat mens a talibus fantasiis. Sed certe
in hiis est remedium efficax si eandem
diligentiam et instantiam quam in talibus
addiscendis adhibuimus ad ~~spiritualium~~ spiritualium
scripturarum meditationem et lectionem adhibe-
remus. De puerilibus vero verbis
evitandis dicit scriptura: Sicut ascensus
arenosus in pedibus veterani, sic mulier
linguata homini quieto, id est quietem
amanti honestum, sicud arena que insta-

bilis est / et remora sonum retardat
ab ascensu / sic anima garrula et
instabilis retardatur a profectu / Jo
ob isti meditabitur sapientiam / et
lingua eius loquitur iudicium quia
sine premeditatione et delibera-
tione eis que volunt proficere in sa-
pientia spirituali non est proferendum
verbum / unde beatus Bernardus in quodam
sermone / O humilitas domini ihesu christi
que confundis superbiam vanitatis mee
modo parum aliquid scio vel po-
cius michi scire videor / et iam
silere non possum impudenter
me ingerens et ostentans prop-
terius ad loquendum / Christus tamen
tanto tempore silebat / tunc se ipsum ab-
scondebat / nunquam manifestare ti-
mebat / utique sibi non vobis / non
sibi / hec Bernardus / Et alibi / non dicit
adolescens loquere in tua causa
vix / cum necesse sunt / Et ambrosius
super psalmum / Beati immaculati dicit
Status maturitatis pertinet et spectat
adolescenti a pocius senilem gravi-
tatem induit et iuveniles ani-
mos veterana quadam cotidiana
regit atque disponit / Sed de puerili-
bus operibus et factis habendum sciendum
sicud penus est esse bestialem quam
bestiam / quia bestiam esse a natura est
bestialem quia vicio / Sic penus est
puerilem esse quam puerum / Et quam
quidem fuit Seneca / Penus est quam habere
auctoritatem senum sed vicia pue-
rorum ideo in proverbiis dicitur / usquequo
parvuli diligitis infanciam / et
stulti ea que sibi noxia sunt cu-
piunt et imprudentes oderunt
scientiam / Parvuli dicuntur non annis
sed moribus / unde Seneca ad lucillum
dicit / Numera annos tuos / et pu-
debit eadem velle que puer vo-
lueras / hic a tarriaho loquens
heu inquit nos mali computandi
sumus / infantes sumus et senes
videmur / Imperfectos inquit vocat
scientiam / quia sumus de malicia ante
et vicio dilatata / et admodum

formice prudencia / de qua dicitur in
proverbiis / vade ad formicam o piger
et considera vias eius / et disce sa-
pienciam / Et sic dicit Sanctus in prologo
de claustro / Torpent inquit pigra
desidiose iuventutis / sed a bono
nec unum honesto vel labore
vigilant sed cantandi potius sal-
tandique obscena studia effemina-
tos tenent / Deinde capillum frangere
et ad muliebres blanditias vocis con-
formare mollicie corporis et femine
stare et immundissimus se immediatus
extollere / mirum adolescencium speci-
men / molles enerviosque nati in viciis
manent / expugnatores aliene pudi-
citie neglectores sue / Quare mirandum
opus non sit sed per abdicacionem
puerilium more discipline probi
tui / Et hoc de secundo
Quo ad 3um quantum ad perfectum discipline pervenit
operacio in activa sciencia et tandem
in spirituali intelligencia / de qua hoc in-
dicit Autor considerandi scilicet
dimensionem / ordinem / adeptorem / et termi-
natorem / Dimensio claret ex hoc quia 1
omnis sciencia divina est / aut humana
ut dicitur ex pro primo / de actorum humana-
nas dicimus quas homines de rebus
humanis ediderunt / Divine sunt que ab
catholice fidei cultoribus edita sunt
caritas unanimi ecclesie ad fidem cor-
roborandam recipit et legit / Et hec
sciencia dividitur scolastico more in prac-
ticam theoricam / practica consistit
in emendacione morum et purgacione
viciorum / theorica vero in contempla-
cione divinorum / Ordo autem iste est / ut quisquis ad 2
theoricam volunt pervenire prius practicam
ipsam assequi est necesse / Sed sicud nullus
a labe peccati non ascendit ad agnicionem
dei ita devenire non potest ad theoricam
nisi per practicam / cum illa sit de contempla-
cione celestium / Ista vero de purgacione
viciorum / Quamvis practica potest possideri
absque theorica / Gradus autem ita sunt
ordinati ut humana humilitas possit
ad sublime conscendere / sed ad posteriorem
non venitur nisi sinato prioris ordinis 3
Adeptio vero huiusmodi sciencie fit secundum viam
duplicem / scilicet cognicione viciorum
et remediorum / Secundo discrecione virtutum

de modo procedendi

30 et informacione morum, ut ita for-
miter anima, ut non quasi coacta vel
violenta fiat, sed quasi bono dilata-
ta viam arduam cum delectacione
conscendat. Quoniam cum vicia sua
nec intelligit nec intendit ex-
tirpare ad informationem virtutis, qui est
quasi ius studii perfectio vel ad iusticia
spiritualia que subicitur theologice
non valebit attingere. Non enim pro-
cedit ad excellenciora qui non
exuit planiora. Nec ea que sunt ex-
trinsecus apprehendit, qui ea que sunt
necessaria non intelligit. Difficilius enim
eradicare nobis innatas turpis et
animi passiones quam spirituales plantare
virtutes. Et ergo tam difficile magis
est nobis laborare cum in expulsione
viciorum quam [illegible] preparanda, scilicet evellere
destruere, disperdere et dissipare.
In perficiendis vero virtutibus duo
sunt: edificare et plantare. Ergo primo
disciplina est perfecta, scilicet actualis
scientia et spiritualis ethica et intellectus
actuum virtute perfectis per varia la-
borum dispendia, stipendia vero in pre-
mio sequitur theorica, sequitur
intelligentia spiritualis et oritur non
a meditacione legis sed de fructu
operis. Dicit enim propheta David: psallam inquit et in-
telligam in via immaculata. Psallendo
intelligam in via [illegible] que canit qui in via in-
maculata [illegible] primi [illegible] initium
[illegible] est ac actualis scientie sine parte [illegible]
preceptum et precipuum secundum Gilbertum
ut intueas cum tuo silencium et ut
omnia seniorum instituta et [illegible]
[illegible] tarde et [illegible] ore suscipias
et diligenter in pectore tuo condens ad per-
ficienda ea potius quam ad docenda festi-
nes. Hec enim vane glorie perniciosa
presumptio ex illo ante fructus spiritua-
lis scientie pullulabat. Esto ergo [illegible]
tus ad audiendum, tardus ad loquendum
et conformaveris illis qui cepit facere
et docere, ut ante actu [illegible] ad
docendum, ne in illorum numero deputeris

qui dicunt et non faciunt, et onera que suo di-
gito movere nolunt super humeros hominum
alligant et imponunt. Hec ille. Con-
tinuatio vero dicitur, ut scilicet ad recte
professionis regulam retinenda est perse-
verantia, sic leviter et sine causa non vari-
entur studia. Solent enim nonnulli
qui nescio in illa quam arripuerunt
professione fundati cum audierint
aliquem in diversis studiis ac virtutibus
preditum, ita eorum laude succendi
ut imitari protinus eorum appetant
disciplinam, in quo ipsorum [illegible]
impedit conatus humana fragilitas.
Impossibile namque est unum et eundem
hominem simul in universis fulgere vir-
tutibus, quas si quis voluerit pariter
affectare in id incidere necesse est ut
dum omnes sequitur nullam integram
consequatur, magis quam ex hac mutacione
atque varietate dispendium capiat quam
profectum. Multis enim viis ad deum
tenditur et ideo unusquisque illam quam semel
arripuit irrevocabili cursu sui in-
tencione perficiat, ut sit in qualibet
professione perfectus. Sed in multis stu-
diis et studentibus est videre quod male
fundati inter prima profectus [illegible]
ut periculosum est de scientia ad scientiam
indebite festinare. [illegible] qui
ex aviditate inmoderata desideraverunt
[illegible] est et notum. Hinc
dicitur: [illegible] semper cupiditas
[illegible]. Sic [illegible]
aquis. [illegible] viam discipline
quam vestrum scientie filius ingredi debeat
utrumque descripsi. Non quidem ut in ipsam
[illegible] duceres, sed magis
ut [illegible] ambulasse ad scientiam
[illegible] patulo [illegible]
[illegible] debito [illegible] premium
virtutis tamquam benemeritus non [illegible].
Ego auctoritate dei omnipotentis
et Privilegiorum Sedis Apostolice ad
laudem dei confero tibi gradum
Baccalariatus in decretis, ut possit
legere, docere et ceteros actus ad huiusmodi
gradum spectantes exercere. In nomine
patris et filii et spiritus sancti. Amen.

In actu huius [illegible] quamquam [illegible]
ordine [illegible] [illegible] fundamento
actus [illegible] licentiatus [illegible]
seu legit Canonem [illegible] et

et eciam matriam einsdem magnam gloriam
sibi mouendo detunabit · Secundo per
venerabilem virum dominum · · · animabit
ad petendum sibi dari doctoralia insignia
in decretis · Tercio eadem insignia sibi pe
tet elargiri · Quarto huiusmodi insignia
sibi exhibenda sunt · ubi et nomen doc
torum ascribetur · Quinto et ultimo
regraciabitur   Jhesus xpistus

Licenciatura Magistri Martini

Locuturus in conspectu clarissimorum
virorum pro honore domini mei presentare
in decretis ecclesie sancte licenciandi
prestantissimi patres · rem utique grandem
michi dicendi causa oblatam imprimis
timeor · rem inquam non eam · ut
dicit Tullius in prima oracione · Romana
cui deesse possit sed magis · ut et
beatus Jeronimus scribens vitam sancti hyla
rionis · talem · ut Omerus quoque si ad
esset · vel inuideret materie · vel succum
beret · cum quanta sit status doctoralis
dignitate choruscans · quoniam digne
potius ordine desponere · verumque
mos est et magna laude dignus
sacri eloquii verbum in huiusmodi
actibus fundamentum sermonis ponere
Ideo priori sermonis exordio quod
vobis domine licenciande nunc in ka
thedra doctore assumendo dicat Apostolorum
princeps · attenta aure percipite · Verba
namque scripta prima petri · ij · capitulo · et lec
ta in diversis domini epistolari officio
Sequamini vestigia eius · Prestantissimi
patres et viri clarissimi · nature ordine
et sciencia unum esse summum magistrum et
doctorem in publicam venisse noticiam ·
preclarum est omnibus · tam religione
nostre professione quam ipsius testimonio
scripture · dicit enim ipse · de quo est sermo
Nolite vocari Rabi · unus est enim
magister vester · Mathei xxiij · et ij q · v · qui
scit · Perfecto ei quoque katholicorum
doctorum ceteri sunt adnumerandus · ut
sit unus · et non diuisus alios qui
docet homines · sciam non absone
dicitur · Sequamini vestigia eius · Nam
ut dicit beatus Augustinus de Civitate Dei
libro viij c · xxi · post illum recte deum

et colimus et sequimur · qui naturas a se
creatas · et subsistentibus · et mouendi
inicia · finesque constituit · qui rerum
causas habet nouit atque disponit · qui
vim seminum condidit · qui racionalem
animam quibus voluit animantibus
indidit · qui sermonis facultatem
usumque donauit · qui munus futura
dicendi quibus placuit spiritibus im
partiuit · qui humane ingeniis etiam
scias artium variarum quibus hec
vita innaret · et fortius ornatior
esset · vos igitur domine licenciande se
quamini vestigia eius · Sequimur namque
vestigia eius qui factus est Apostolo factus est
nobis sapiencia a deo et iusticia · et sanc
tificacio et redempcio prima ad Chorinthios primo ·
Sapiencia prudenciam docens · et iusti
ciam dilectam donans · et sanctificacio in tem
perancie continencia uincens · et redempcio
in eorum pacie fortiter manens · Propter
dicit beatus Ambrosius super canticum simone
xxij · Quid vobis cum virtutibus · qui
dei virtutem xpistum ignoratis · ubi nam
quoque vera prudencia · nisi in xpisti sermone
et doctrina · ubi nam iusticia · nisi de
xpisti misericordia · ubi vera temperancia · nisi
in xpisti vita · ubi vera fortitudo · nisi
in xpisti passione · quo pacto soli qui
eius doctrina sunt imbuti · prudentes
sunt dicendi · soli iusti qui de eius
misericordia veniam peccatorum sunt consecuti
Soli temperati qui eius vitam student
imitari · Soli fortes · qui eius pacie
documenta fortiter in adversis tenent
Soli denique sapientes qui eum qui est
sapiencia dei patris · et cognoscere et amare
student · propterea viri dei · si innota deus fecisset
primo deo quoque labor in acquisicione virtutum
si aliunde eas sperandas putet · quam
a deo studium et virtutum · cuius doc
trina seminarium prudencie · cuius
misericordia sponsus iusticie · cuius vita speculum
temperancie · cuius mors insigne est
fortitudinis · Propter vos vir
venerande · cum vobis magnopere
curandum sit cunctis virtutibus magister
clarescere · sequimini vestigia eius ·
Cum fit ut et si omnibus ei tamen
summope qui docentis officium debet
explere · magister virtutis sequendum est
2° Ponitur · propter ipsius animadarum perfectionem
et cognicionem propter humani intellectus
consistendi veri defectum · Et hec
quidem duo ut mos habet reperiendo · in

mani intellectus in cognoscendo vero
defectum et ratione et in exem-
plorum contueri si libeat. Ipsi-
us labor ille pergrinus nec quidam
nitis equandus sudoribus/ quod proponit
in luce patefacit. Qui quanto studio
in cognitionem veri et in amorem boni
exarserunt/ que iam ore potest ex-
plicare sed nec adepti sunt quod
tantopere invenire gestiebant/ quin
ymmo operam simul et industriam per-
diderunt/ cum ut dicit Augustinus de civitate
li^o xviij dei libro xviii c. vii. veritas a archa-
num summi opificis/ ingenia et suspi-
ciones humane penitus non potest com-
prehendere. Alioquin ut deducit Lactantius
libro primo contra gentiles/ Nichil iam
inter deum et hominem distaret
si consilia et dispositiones illius
maiestatis eterne cogitatio virtus
consequeretur humana. Unde et sim
morem philosophorum plures esse claves
capessende veritatis non infitiandum
censeo etiam Quintilianus i libro de in-
stitucione oratoris adfatis digessit
Unam tamen singularem et quasi
clavem clavium katholica luce et
scimus et fatemur illam utique que
aperit et nemo claudit/ claudit et
nemo aperit. Apocalipsis iii capitulo. Quantulibet
enim ut deducit Gilbertus libro primo
erudimenti dicta veritatis cupida per
sensus corporeos hauserit extrinsecus
semper tamen remanet famellica
nisi deus repleat intrinsecus famellica
quidem et ulcerosa se prodit. Sanus et
inscabiliter avida scalpi attactu sen-
sibilium querit/ immoderatius delectans
creaturas/ Sine te tamen solius ipsi
nomen non invenit/ quidquid appo-
sueris non nutrit/ sed amplius
exinanit. Maledicta proinde terra
spinas et tribulos germinat/ ut in
labore manducet homo exterior panem
suum/ ut videat homo interius et fri-
gidus lucem ignis/ et non senciat in-
obest tentivum. Quoniam etiam fit/ ut quandoque
parum [illegible] simplicibus scire pauca
vite tamen regulis non errare. Quod
parum prodest literatis hominibus multa
scire/ et in preceptis divinis deviare/

Obbor enim scriptura ferente testimonio
ydiote rapiunt celum/ et litterati
persepe decidunt in abyssum. Inde venit
ut et Gilbertus loco superallegato/ quod
omnis sciencia que de creaturis agit
fastidio habenda est in corde legentium
donec verbum inveniat/ aut ipsum eliciat
inclusum/ et sicud in creaturis mis-
cet deus aliquid amaritudinis ut con-
tagium affectus sponsalis ad experienciam
divine dulcedinis. Sic in scripturis aliis
laborat intellectus curiositate/ ut non il-
lectus et non saciatus eam querat
qua frui valeat vite. In hunc mo-
rem Policratus viii libro c. ix. tractatus
dum pater gratiam colligat cognitio vitiorum
litterarum/ Scio quidem in illorum sinam facili-
me cedo/ qui non credunt sine lectione
Auctorum posse fieri hominem beatum
beatum tamen copia nequaquam perfi-
cit. Gratia siquidem est que ad sapientiam
sola perducit. In summa etenim beato-
rum copia. aut ignorantia intendit/ aut
neglegentia veritatis est/ sine qua im-
possibile est quemquam fieri sapientem/ unde
et doctor ille catholicus/ cuius nemo
sanctitatis immemor esse potest Augustinus vi de civi-
tate dei c. ii. Varronem allegat/ quem
tam ut literatissimum fuisse doceat/ ait
post cetera/ quibus singulari preconio
commendatur deinde et ipse ~~et ipse~~ Tullius
huic tale testimonium perhibet ut in libris
Achademicis dicat. eam que ibi ver-
satur disputationem se habuisse cum Marco
Varrone/ homine inquit omnium facile
acutissimo et sine dubitatione doc-
tissimo. Non ait eloquentissimo vel
facundissimo quia revera in hac facultate
multum impar esse est/ sed omnium fa-
cile acutissimo et indubitanter doctissimo.
In primo autem libro cum eiusdem Varronis
litteraria opera predicaret/ nos inquit
in nostra urbe peregrinantes errantesque
tamquam hospites tui libri quasi domum
reduxerunt/ ut possemus aliquando ~~qui~~ et qui
ubi essemus agnoscere/ tu
etatem patrie/ tu descriptiones temporum
tu sacrorum iura/ tu sacerdotum/ tu
domesticam tu publicam disciplinam
tu sedium regionum locorum/ tu
omnium divinarum humanarumque rerum nomina
genera officia et causas aperuisti.
Iste igitur vir tam insignis excellentissimus

pericie. qui tam multa legit, ut ei
aliquid scribere vacasse miremur
tam multa scripsit quam multa vix quemquam
legere posse credimus. Iste inquam
vir tantus ingenio et doctrina si rerum
divinarum de quibus scribit oppugna-
tor esset atque destructor, easque non
ad religionem sed ad superstitionem diceret
pertinere, nescio dicit Augustinus, utrum
tam multa in eis ridenda contemp-
nenda et detestanda conscripsisset. Dixi-
sit, ut tam viri acutissimi et Ci-
cerone teste sine ulla dubitacione
doctissimi superstitio scriptis propriis
eam convincentibus arguatur. Constet
quod superstitionem falsitatis vicio verita-
ti, que in sola virtute consistit, esse op-
positam, et sapientem sine virtute esse
non posse, quod ex sola leccione nisi ac-
cesserit gracia illustrantis. creatrix virtutum
credit posse fieri sapientem. // et
per hoc intellectus defectio innotes-
cit. Secundo sunt primum premissorum

2m Qui secundo quod ei qui defectus officium
debet complere ayre vitalis sequitur
exponit. propter ipsius annunciationem profe-
tarum, videlicet cum verbum caro factum
est et habitavit in nobis et vidimus eum
plenum gracia et veritate. et sequitur quod de
plenitudine eius nos omnes accepimus
Johannis primo. Et inde est quod ob primam
solius summam profectorum beatus Bernardus super
Cantica sermone secundo tractans illud
Osculetur me osculo oris sui in persona
sponse dicit Non audio iam prophetas
impediciores sicut ligne factus eius.
Ysaie labia immunda sunt. Ieremias
nescit loqui quia puer est. et prophete
omnes elinguies sunt. ipse quem loquuntur
ipse loquatur. ipse me osculetur osculo
oris sui. cuius gracia plena. et ad-
mirande fluencia doctrine. fiant in
me fons aque salientis in vitam
eternam. quod implevit prius olos leticie
precordiis sive aperite pinde vi-
siones et sompnia non recipio.
figuras et enigmata nolo. ipsas
quoque angelicas fastidio species.
Non ergo aliud sive angelum sive
hominem sed ipsum peto osculari me
osculo oris sui. hec ille. Et si ad-
huc adversus hanc primus argumentum

querimus, iudicium racionis atque defectus
considerantes in racione iudicatoria naturale
eius ipsa veritatem discernendo
recurrit, recurrendo leges eternas necnon
ibidem consulit, et consulendo quantum
in eis est non fallitur neque fallit.
Et inde per cognicionem ad operacionem des-
cendit. Naturale siquidem iudicatorium
insertum est racioni, ad quam hec rectitudo
cum operanti sensibilibus fantasmata
se afferunt fantasie. Verum quia in hoc
iudicio curiositas prodit omnia que
de rerum cognicione nil aliud querit nisi
leticiam aut iactanciam, tante perfeccionis est
Judex integer et incorruptus in mente
residens, equitatis trutinam recte et
indeclinabiliter tenet, inquantum racionibus
eternis innititur, et leges eterne regulas
intuetur. Sicque secundum Gilbertum in 3a
parte sui erudimenti, recurrendo ad
iudicium racio legem eternam necessario
consulit, per quam immutabiliter de mu-
tabilibus discernit, cum eius racio mu-
tabilis est, sed hec lex eterna que
super mentem nostram est in qua est
cum actum vitalis mutabilitatem
non habet erroris, de qua dicit beatus Augustinus
in libro de vera religione, eternam
legem mundis animis perspicuam est cognoscere,
iudicare vero perspicuum non est. Sed per eam
contingit iudicare eo quod iudicans su-
perior est iudicato. Et idem xi de civitate
dei c. 4 et proprie, ostendens quod
eterna veritas a racione consulitur. dicit
quod bruta lucem illam incorpoream
contingere nequeunt qua mens nostra
irradiatur ut de hiis omnibus sensi-
bilibus recte iudicare possit. hec etiam
corporalia latentes in natura causas
habent, eas quoque causas suas quibus
mundi huius sensibilis structura formo-
sa est, sencienda sensibus probent.
ut pro eo quod nosse ipsa non possunt
quasi innotescere velle videantur. sed nos
ea sensu corporis ita capimus, ut de hiis
non sensu corporis iudicemus. iudicemus
hominis enim aliud interioris hominis
sensum isto longe prestanciorem, quo iusta
et iniusta sentimus. Iusta per intelli-
gibilem speciem, iniusta per eius priva-
cionem. ad cuius sensus officium non acies
pupille, non foramen auricule,
non spiramenta narium, nec gustus fau-
cium

non ullius corporeus tactus attendit
secundum ipsum sed eius gratia et benefi-
cium qui illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. Sicut ipsum
summum est veritas eterna et immutabilis
de qua non iudicat sed per quam
omnia iudicat et hunc videlicet quidem in ea
figitur oculus racionis si bene
purgatus fuerit ut neque fallatur
neque fallat. nam est ea rationes il-
le incorporales sempiterne et incommu-
tabiles immutabilitatem erroris non
admittant ut est premissum, ex nihilo
demum legibus eternis racio inhe-
rens tale perfecte sapit, tamen per ea que
conspicit se ad operandum convertit. In-
tellectus eciam bonus, sed facilioribus eum
teste propheta. Et revera ut dicit Gwill
ius in tercia parte textu de racione
Nusquam se melius deprehendit
modus humane imperfectionis
quam in perfectissimo speculo divine
visionis. Sapiens enim animum
per illuminantem et adiuvantem gra-
tiam in contemplatione summi boni
speculatur regulas incommutabi-
les veritatis, inquantum ad eas per-
tingere meretur intuitu amoris
et exinde format sibi modum conversa-
tionis celestis et formam sanctitatis
et construit Moyses tabernaculum
sicud est ipsi in monte monstratum
Sed si racio recta secundum philosophum pri-
est virtutum que consuetudinales
aut morales dicuntur, quid mirum
si racio adiuta per Christum sive
intellectus practicus in virtutum
operibus exercetur. Intellec-
tus etenim quotidie applicatur sive
sive in bonum sive in malum. na-
turaliter viget, sed relictus sibi re-
bus secularibus et inquisitoribus
se non negat et infectus vicio
tam racionis quam voluntatis per-
versas concipit cogitaciones et noxi-
as actiones prosequitur quibus a
deo se separat. Illuminatus vero per
Christum et ad ipsum sequendum re-
versus nichil apud se indignum
percipit et voluntatis affectu
concurrens id est virtutis effectum se-
ipsum deo coniungit. Et hoc est quod
suadet apostolorum princeps dum di-

ceret Sequamini vestigia eius que
sunt verba pro fundamento huius allo-
cutionis actus licentiandi assumpta
In quibus verbis ut iam magis fami-
liari utar sermone vos viri
venerande considerate primo vobis propositum
imitationis exemplum 2o adiutum
expressum humilitatis argumentum et
tercio premendite in his omnibus unitatis
permanet necessarium vinculum. Primum notatur
tum dicitur Sequamini sic enim scribitur
deuteronomii xiii. dominum deum vestrum
sequimini et ipsum timete. Secundo
exprimitur dum additur vestigia.
cum enim vestigium signum pedis qui
est inferior pars corporis dicitur recte
ipsius vocabulo humilitas designatur
ut vult b. Greg. xi moralium
c. xviii. Sed tercium expressum tan-
dem pronomine singulari thema-
tis premissi concluditur, eius. Eius
enim solum doctrina et opera lim-
dantur, qui unitatis vinculum
tenet. et unitat. xxiiii q. i.
quia ex sola et c. cum omnis qui re-
cedit. Sequamini ergo vestigia eius
qui peccatum non fecit, nec inventus
est dolus in ore eius, ubi thema.
Et qui unitatis auctor est. primum
q. ult. hec ymago, ut dicatis
vestigia eius secutus est pes meus
Job xxiii c. Adhuc carissime quia
teste apostolo scientia inflat primo ad Cor
viii et admodum periculosum est
inniti prudencie capitis proprii viii
q. i. secundum de constitu. ne imitaris
ideo ne vos confidentia proprii ingenii
precipitet sequimini vestigia eius qui
falli nesciens vobis humilitatis for-
mam commendavit. ait xi q. iii
qui scit. Et quia dicte deo colle-
gia doctorum canonice facultatis
eiusdem addendus estis sequimini
vestigia eius sub quos facultatis que
vobis, quis in domo dei ingrediendum sit
claro sermone patefacit de elec. cum
in cunctis. Omissis ac brevitatis
amore harum subdivisionum
membris prosequendo duplicat et
sufficere puto. Et dixi in eisdem
primo primo vobis domini licenciande
considerandum propositum imitationis
exemplum, ut enim dicit b. Jeronimus in prologo
libri de viris illustribus / Cum

quo sigendus d
se docet pud
ne ...

nullum primum sequitur pessimum
scripsi sibi testitur agustus Et qui
in Scola p deum sumus hec perfecto
nobis curandum ne dum in ipsis actionibus
et statum disciplinis sed et magno
pe in singulis que nobis spectate
non dubie iudice sumus dicendum agendum
ve occurrit Semper etenim presens
nobis est qui ubi semper est
Et tamen facilis fuit oculos nobis
atque aures intellectumque largiri
Perfecto multo facilius est nos videre
et audire et intelligere videt
ergo ille nos auditque presens etiam
quod loquimur Ipse enim est qui ta-
citos clamantes audit aut Quid clamas ad
me Exo. xiiii. Preuenit vota nostra
et affectus anticipat cogitationes
nostras intelligit de longinquo hec de
antequam fiant preces nostras exaudit
antequam sonent necessitates nostras aspi-
cit antequam veniant spiritus nostros
speculatur antequam nati sunt Et ut
petracha — S. Ffranciscus petrarcha in li. 2o de
vita solitaria Et ita nos aspicit
ut indignos licet videat misceatur
tamen nisi forte quod absit a nobis
contumacia pertinaci nunc repellat
Certe gratia necessitatis probitatis
nunc de hominibus est indicta Et
ut ad hanc amplius impellamur
consideremus semper antiquos
philosophorum et quibus fides non
lucebat venerandum morem qui
quo semper probitatis haberent inci-
tamentum vite sue testem salte
ymaginarium semper adhibere cu-
rabant Epicurus quod quibusdam
licet opinionibus infamatus magnorum
tamen iudicio magnus vir Amico
scribens sic fac inquit omnia spectet
Epicurus huius Cicero in epistola
quas ad Quintum Ciceronem
fratrem suum scribit post adhortationes
magistratus ad virtutem concludit Id
inquit facilime facies si me tecum
semper una in ipsis provinciis placere
voluisti tecumque semper esse puta-
bis et omnibus hiis rebus quas di-
cis et facies interesse Sic ut hoc
Seneca sed non ansus tamen tri-
buere Lucilium suum monet ut

aliquem clarioris viri putaret et fin-
gat. ut enim in epistola ad eum xi.
Prodest sine dubio custodem sibi im-
posuisse et habere quod respiciat quem
interesse cogitationibus tuis iudi-
ces. Nec multo post Sic facies
inquit quecumque facies tanquam
spectet aliquis. Et post pauca
Aliquorum te inquit auctoritate
custodi aut Katho ille sit aut
Scipio aut Lelius aut cuius inter-
uentu perditi quoque homines vitia
supprimerent. Certe viro et optime
de ymaginariis teste vite et imi-
tationis virtutum philozophica
consilium nec suos non inutile nobis
aliis nobis tamen vero non tan-
tum preclarum sit tali teste propria
minime hamnez non indigere. Cum ne
nec Epicurus aut Cicero non
Katho non Scipio non Lelius
seqnondus nec ymaginatus fin-
gendus sed angelus bonus vite
custos a domino datus homini quo
spectante si quis est pudor au-
dere non debet quod coram homine
non auderet et quod summum ac terribile
dixerim prius ipse Christus omnibus
atque Spiritus sanctus presens non actionum
sed et cogitationum omnium verus testis
quos et si vere afforet testes Epicurus
Katho vereri non videret et
hec Et hec quidem dixerim imi-
tandum utile exemplum Sed
deinum ut in secundo membro dixi
due licentiunc advertite humilitatis
expressum argumentum hoc etiam utile
quantum sit et doctoribus ac doctorandis
pernecessarium postea nostis ipsis
Canonibus sacris edocti xlvi di.
hoc hec xxxviii di Sedulo hoc
enim hec ipsum doctrina arrogatam
ut humiliter inferre nesciat quod
docte et recta que sapiunt etiam recte
ministrare non presumant Sane
hoc habet ipse que maius glorie
appetentis qui humiliter opponit intel-
ligendis scripturis sacris supra modum
obest Dum enim inanis laudibus
aucupandis animus intentus est
primo ipsius insolitas non aliasque opi-
niones querit deinde que ipse

Ozm

adinuenit · nimis tenaciter defendit
unde fit / ut redigere intellectum in=
captiuitatem renuat / aliter scripturas
intelligit / quam spiritus sanctus flagitat / et
dum de singularitate sua gloriatur
seipsum nolens corrigere / in errore per=
seuerat / Propter vos doctores licenciandi
sequamini vestigia eius / qui dixit
discite a me quia mitis sum / et
humilis corde / Sequimini magis vestigia
eius / et contemplamini quia vita eius
tota / summa redolet humilitatem / Na=
scitur ex humilima matre / humili
nutricio commendatur / in humili tu=
gurio / et mater humilia abalia vo=
ponitur / humiles piscatores in disci=
pulos elegit / humiles paruulos am=
plexatur / attendo michil ei attribuit
sed dicit sermonem quem audistis non
est meus / Et rursus / doctrina mea
non est mea / sed eius qui misit me /
faciendo miracula dicit discipulis
Nemini dixeritis visionem hanc / et lepro=
so mundato / vide nemini dixeris /
sublimit in documentum humilitatis pedes
discipulorum / et ut impleat om=
nem humilitatem / permittit se a suo
baptizari / humiliter omnes audit /
humiliter respondet / celat te fons / et
quam humiliter passionem et crucem tulit
quis dabit eloquium / aut que sermo=
nis facundia poterit explicare / vos
itaque viri optime in humilitate
mentis vestre / sequamini vestigia eius
in humilitatis argumentum /
postremo et in talem sponsa dicta
in hiis omnibus preceteris est vnitatis
vinculum / nec abre / cum omnia
vinculant vnitate / et dicit Vr=
banus Matheo in libro de muneribus / titulo
de vnitate / facit · xxiiii q. i lo=
quitur / Et hec quidem diceremus no=
quo actum de re hac notissima / preci=
pue cum dicere amplius cuperem / ali=
quam rem de ipsa hinc viro optio
tenderem doctiuam / sed magis re=
pone / et si notam omnibus laudem
et virtutes optimus utrumque predicatarum
Constat profecto iste dominus / michil dicite
michil esse mihi quam ecclesiasticam vni=

tatem · j · q · j · extra katholicam
Constat etiam torpe abes qui vnita=
tatem et fidem christi non tenet re=
tedendum · xxiiii q · j · Omnis · Sic
est ut inconsutibilem domini tunicam
et desuper contextam indiscissam
retineret · c · q · oram vetus / sece
na tale solum linquens ad eos pre=
latum huic preuenit / non enim
pater sanguinis / non patrimonii amor
non genus suum et gentis a planctu
constringat / quam profligatam mihi
a sobole christi patrimonio et relicta
patrum doctrina ~~et patrum doctrina~~
etiam nudam certam omnibus re=
lictis mundus sequeretur / hic est
denique a dignitatis tamquam dignus
fauore exceptus / quo tuende fidei
robustior aptiorque fieret · totum
se ad canonice facultatis contulit
insignia quantum perfecit · ea facta do=
cent · tum iudicio primi et doctorum
approbatus hunc vocatus est · doctoralis
cathedre fastigio sublimandus
ex nostra auctoritate priuilegiorum
huius alme vniuersitatis · concedo
sibi adprime licenciam petendi doc=
toralia insignia in decretis / et alia
exercendi que huic gradui conueniunt
et coram hoc cetu virorum eximiorum
eundem ipsum licenciatum in decreta
pronuncio In nomine patris et filii et spiritus
sancti amen

Ihesus christus

Explectis iam dilecto deo huius patri
commentus tribus membris reli=
quum quod et magis principale dixi / est /
vt potita per hunc venerandum virum /
sibi tradantur doctoralia in decretis
insignia / quod cum mei sit officii pro
fundamento sermonis mei / ipsum al=
loquar dicere pagine verbo / verbo magis
scripto j · pe · iiii capitulo / et lecto in
dominica octaua epistolari officio / Estote
prudentes et vigilate / Reuerende
pater · egregie vniuersi iuris diuini pre=
et humani doctor et magister excel=
lentissime / ceteri quoque preses et domini
natu ordine · et scia venerandi
Inter potentissimos · et diuino rati=
tos sale viros · ad potentem michi
pro modulo intellectus loquturo / in=
primis occurrit · scio eo potentis aut

grandius

quibus per semitam prudencie ascē-
dimus ab ymis ad summa. ab exte-
rioribus ad intima. et temporalibus ad eterna
videlicet sensum et ymaginacionem
racioni et intellectum intelligenciam
et synderesis scintillam. Et hos quos
gradus habemus in nobis plantatos
per naturam deformatos per culpam
erigendos per graciam perficiendos non
per carnis sed spiritus prudenciam. vos in
domino karissimi estote prudentes
et vigilate. quia prudencia vobis summe
pe est necessaria. xxxvij di. in
Principio etiam statim post nature
institucionem homo fuit creditus ad conte-
placionis quietem et positus in paradiso
deliciarum ut conversus per veram prudenciam
ad summum et incommutabile bonum
beatitati eterne mereretur. verum ipse cum
in honore esset non intellexit. avertens
se a vero et incommutabili bono. ad cō-
mutabile bonum convertit iniquitates
ipsisque innumeris insipienciis corpora
et similis factus est illis. totam naturam
humanam duplici veneno infecit. mentem
ignorancia. et carnem concupiscencia. Sic quod
totus homo sedens in tenebris et umbra
mortis. quantum est ex parte ne corrupte ne-
quaquam lucem veritatis recte per intueri
nisi per veram prudenciam. contra
ignoranciam sibi succurrat. et per insti-
tiam iusticia ipsa carnis prudencia
subiugatur. de pe. di. iiij. adhuc in-
stant. Et hinc venit quod plures modo
per humanam prudenciam vere gradus non as-
cendunt sed magis per terrena et car-
nalem prudenciam ad yma descendunt.
et veritatis lucem. obsistente carnis pru-
dencia que deo inimica est non attin-
gunt. Vos ergo virorum optime no-
lite esse prudentes apud vosmetipsos ad
Romanos xij. sed estote prudentes et
vigilate. ita ut honorificetur in omnibus
2o deus. ubi thema in quibus duo se
offerunt consideranda. unum expositum
alterum suppositum. Et quid exparte expositi
considero prudenciam que sonat in
vicium. et quam vetat apostolus dum
dixit. Nolite esse prudentes apud vos-
metipsos. Sed exparte suppositi cōtineor
esse quandam prudenciam que sonat in
virtutem quam non modo non prohibet
sed expresse iniungit et commendat apostolus

prudentes. dicens in verbis thematis. Estote
prudentes. Et hec quidem istorum. quia prima
illa malorum quia carnis. Secunda vero illa
ipse reducit incredulos ad pruden-
ciam iustorum. Luce 2o. Ad romanos viij.
prudencia carnis mors est. Et obiecit
prestans primam necessariam. et appetenda
alteram vero noxiam et fugienda
censet auctoritas patrum. xxij. q. j.
Si cupis. Et quia hec duo prudencia car-
nis et prudencia spiritus admixtam adin-
vicem [illegible] visum est et proposito satis cō-
gruere et [illegible] magis limitari
si non quod ad hanc et ad illa partem dici
posset seorsum explicuero sed magis
utramque miscuero. nunc hoc nunc illud
attingendo. ut vicissim huc illucque flectat
et alterno veluti oculorum flexu ad
lenam dextramque respiciens facile
indicet quid inter diversissimas et
mixtas se passitas res interesset. sicut
Franciscus Petrarcha in libro suo
de vita solitaria. Et quidem prudencia
iustorum filii agar. despiciunt sed
filii Sare. et libere similiter inspi-
rate requirunt. Baruch iij. filii
agar exquirunt prudenciam que de
terra est. et negociatores terre theman
viam autem sapiencie que prudencia iustorum est
nescierunt. De hoc dicit b. gregorius p. moralium
c. primo. prudencia iustorum est
deum ex toto corde colere et agere
nulla creatura amori suo aut
honori preferre. sibi in omnibus animo
promptissimo et per omnia obedire.
que prohibuit non agere et que iussit
implere. in omnibus maiestatem eius
et celsitudinem venerari. omnia in lau-
dem eius ordinare. servos suos dignis
honoribus attollere. iustos et benemeri-
tos prosperos premiare. peccata odire. veritatem
quod summum est credere. quod quisque sibi vult
alteri facere. quod non vult alteri nolle.
E regione autem prudencia carnis est
falsa vera credere. veraque falsa de-
monstrare. deum negare. vetitum perficere
vicia virtutes et mentiri. dignitatis
culmina per phas atque nephas querere
fortuna temporali inaniter gaudere. irro-
gata mala multiplicius reddere
et si vires suppetant nullis resiste-
tibus cedere. humanum favorem preponere
proximum prejudicio gravare. [illegible]

que sunt factis aut conflatis racionibus
impugnare veritati nisi fortiorem for-
san defensorem habeat locum non dic-
it quod per malitiam astutiam re ex-
plere non valet. Hec comparatissima boni-
simulare. Hec profecto prudencia a mun-
amatoribus magnopere reputatur et quia
hac sunt quaque sunt dedere manus
reliquos suspiciendo quasi insani forent
contempnit. Hanc certum dominus destruet
hanc de re sane [illegible] in excelsis
perdet. ysaie xxix. ad corinthios i. perdam
sapienciam sapientum et prudenciam prudentum
reprobabo. Nec abre. Cognoscit enim
vires herbarum, virtutes lapidum, qua-
litates complexionum, magnitudines
quantitatum, distancias graduum, orbes
planetarum metitur, et astrorum no-
tat ortum et occasum. Sed solvis
omnibus in illius non assurgit noti-
ciam qui cuncta omnia et singula in nu-
mero pondere constituit et mensura. Sap.
xi. Prudencia vero istorum ad
saporem vere sapiencie pervenit et attollit
que utique querendo invenit et postu-
lando possidet. Invenitur per co-
gnitionem, possidetur per dileccionem
et ut vult hugo de archa Noe li.
iii. ut firma et stabilis in animabus
istorum permanebat per cunctas virtutes
firmatur. Secundum hanc prudens
attendit non modo quid eveniat
sed etiam evenire valeat. Accidenti fortune
non credit in adversis fiduciam non am-
mittit omnem eventum consilio pre-
venit. Hec prudencia docet providere
i. porro ait paul. unumquodque suum proprium
cognoscere, ut creatura habeat pro
creatura, homo pro homine, bestia pro
bestia, terra pro terra, cinis pro cinere,
cesar pro cesare, deus pro deo. Hec dat
intelligere quid agendum, quid loquendum,
qua parte formandi mores, quanto
fervore diligendus deus. Per hec etiam
vero cum omnibus sanctis comprehendimus
que sit longitudo et latitudo, subli-
mitas et profundum. Ad ephe. iii. Hec
significat ut dicit b. augustinus xix. de
civitate dei c. iiii. tota vigilancia
sua bona discernit a malis ut in illis

appetendis istisque vitandis nullus
error obrepat. Propter hanc virtutem
simonetius ipsius commendat apparencie
speciem ipse ulixes grecie fortissimus
commendacione homeri dignus est habitus
qui ei ut ponit Policraticus li. iii
c. xxiiii. comitem dicit semper prudenciam
affuisse quam poetico ritu minervam
nuncupat. Unde quamvis ille unus de vii
sapientibus scriptorum laudes quantas
ex parte promeruerat. Qui ut refert
valerius maximus li. vii. cum
patriam eius hostes invasissent omnes
quos modo sevicia belli inermes
abire passa fuerat preciosarum rerum
pondere onustis fugientibus inter-
rogatus cur itaque nichil ex bonis
suis secum ferret. Ego inquit bona
mea omnia mecum porto. Pectore
enim illa gestabat non humeris nec
oculis visenda sed estimanda ani-
mo que domicilio mentis inclusa
nec mortalium nec deorum manibus
labefactari queunt et ut manentibus
presto sunt ita fugientes non deserunt.
Postremo si exemplarem inspicis
prudenciam que nunc est divina
cui omnia nuda sunt et aperta quemque
universa que sub celi ambitu conti-
nentur fortiter et suaviter disponit
argumentum vere prudencie absolu-
tissimam humilitati videlicet non alti-
tudini intendere non seditionem
aut scisma facere non unitatem
felle invidie inficere non pacem
turbare aut alia eiusmodi con-
trariis motibus et prudencie istorum
sunt contraria comparari. Unde eius contrarius
periculosis pollens Regnorum pro-
vinciarum et universitatum confinge
ruina [illegible] quia hoc prudencia
istorum dicta prudencia est apud
se metipsos prudencia [illegible] carnis cum
seditionum divisionum scissionum
litium est mater et causa. Hec profecto
in ipsa rerum primordia primum
angelum erexit contra deum quem
more dei sapiencia detrusit in abissum
sic quod per falsam prudenciam decidit
lucifer qui mane oriebatur. Ezech. xxviii
Ysaie xiiii. Et versum est ei mane in
sero bonitas in malum scilicet in demonium

Pridem signaculum similitudinis dei plenus sapientia et decore perfectus fuit caput superbie, pater discordie, pater mendacij et auctor erroris. Pridem cedri in paradiso dei non fuerunt altiores eo, abietes non adequarunt ad summitatem eius, platani non fuerunt equales frondibus eius, omne lignum in paradiso dei preciosum non fuit assimilatum pulcritudini eius, quia speciosum sum fecit illum deus. Iam vero Rex factus est super omnes filios superbie hoc est carnalis prudentie, qui ambulant vias non bonas sed post peccata sua, qui lassantur in viis iniquitatis, qui letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. Hinc prudentia sponsus abiectos dicitur. Recede a nobis scientiam viarum tuarum nolumus Job xxi. Demissus [illegible] in hamum delecto deliciarum et voluptatis excludit et vaginam ac perfugium super terram fecit Gen iij. Visum quod prudentia que prius demum est iuncta, ipse prudentie innexus est. Hinc etiam Nabuchodonozor regem cum immeritum fecit Daniel iiijto nisi supra sensus, propter quod ab hominibus eiectus cum bestiis et feris conversatus, fenum quasi bos manducauit donec septem tempora mutarentur super illud. Hinc demum mundum diluvio cataclismi consumpsit, linguas confudit, turrim Babel erexit, prostrauit Goliam, Aman suspendit, Holofernem interemit, Nicanorem occidit, Antiochum perimit, Pharaonem in mari rubro submersit, Sennacherib subuertit, Sichem cum populo suo virilius suo destruxit, Dathan et Abiron viuos ad inferos mersit, Saul regno priuauit, Salomonem infatuauit, tribum Beniamin usque ad paucos viros eradicauit. Hinc concussit Troiam, quid destruxit Romam, quid Babiloniam structionem pilosorum draconum et ulularum fecit habitaculum. Hinc Jericho et Capharnaum redegit in nichilum. Hinc Italiam partialitatibus Gwelforum et Gebilinorum obrupit. Hinc Franciam olim gentium victricem nunc pene victam effecit. Hinc Karthaginem incendio consumpsit. Hinc Greciam ab ecclesia scidit, nisi contemptus diuine prouidentie? Taceo quod rei omnibus notissima est. Hinc Bohemiam olim gloriosam admodum vilificauit, ceterorum vicinorum et regnorum in omnibus, quid istis non tantum annis, immo fere diebus, horis et momentis omnibus surgunt venti temptationum, oriuntur prelia, clerus contempnitur, sapientia fatuitas estimatur. Educuntur sagitte de pharetra ut interficiant innocentes. Ab oriente emicat terror, ab occidente timor, a septentrione suspicio, a meridie comminatio, desuper ira dei, contra stellitas inter homines nullum fedus, nulla pax, fides nulla, unde quid preso hec omnia, profecto nedum scripture et antiquiorum gesta sed et cottidiana exempla luculenter ostendunt, quod initium omnis mali inde radicem sumit quod homines alti sapiunt. Hinc apparet vobis ergo [illegible] optime doctorande, Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, sed ea que vitam manuducit sapientia, estote prudentes et vigilate. Et ista sunt verba pro fundamento huius collationis assumpta.

In quibus verbis pro statim iam prudentie carnis et spiritus adiunctam collationem vos domine doctorande ad in consortium prudentissimorum virorum promeritis vestris assumendus, estote sitis, vobis persuasum tenete multo fore deligibilius esse quam inaniter reputari, ut sic inanem semper apparentiam effugiatis. Secundo contrapositam verum congnitatem vobis proponit, ut sic tam a vobis quam ab hiis quos docturus estis errorum tenebras expellatis. Et 3o solertiam operis [illegible] suspirate, ut sic doctrine efficaciam operum testimoniis roboretis, propter primum in themate dicitur Estote. Nam cum hoc verbum sit substantiuum, vera ipsius vocabulo veritas essentie designatur, propter secundum additur prudentes. Cum enim prudentia secundum philosophum vi Ethicorum sit habitus intellectualis et hoc habitu respectu ad

subiectum, videlicet racionem cuius
est ipsa perfectiua, contingere magis
nomine. circa specta rerum cognicio
explicatur. Unde et Luce xii dicitur
quis putas est seruus fidelis
et prudens quem constituit dominus super
familiam suam, ut det illis triticum
in tempore, sed ipse tercium thema
premissum concludit: et vigilate,
quoniam vigilancium nomine beneo-
perantes in scripturis designantur
viri et iuxta hunc morem apostolus ad
Thimotheum 2a in 4o dicit: Tu
vero vigila in omnibus. Et sequitur
labora, opus fac evangeliste. Est-
ote ergo prudentes et vigilate.
Et primum quidem dixi: multo delecta-
bilius vere esse quam reputari
eruditum, ut dicit Franciscus Petrar-
cha in suo primo libro de vita solita-
ria: Sicuti immortalis est veritas
sic fictum et mendacium non durat,
simulata illico patefiunt, et ma-
gno studio compta refluunt, vero
tenuit exiguo et apposite licet im-
perfectius fictus lenis sudore deli-
niit, et argutum quod mendacium
vero cedit: abeunt tenebre, na-
tiuus quod rebus color manet,
et latere diutius magnus est
labor. Nemo sub aquis diu vi-
uit; erumpat oportet, et fro-
ntem quam celabat aperiat.
Quid hoc pacto sedulo ut dicit
canon admonendi sunt scolastici
in humilitate indicta scienta
discant non contempnere quos no-
uerint morum vitia quam verborum
amplius deuitare, sed cordis casto
lingwa veritatem confiteri non au-
deant, quia eciam proferre confite-
re thus et ceterum maioris utile
est nosse ita esse preponendum
verbis sermonem, ut preponitur animus
corpori, sequens fit, ut ita malle
debeat veriores quam disertiores
audire sermones, sic malle debent
prudenciores quam formosiores habere
amicos xxxx di. Sedulo. prope
innotet: non appetere umbra-
tice et fugaci, sed vitam esse

semper intendum viro prudenti
vobis, carissimi domini doctorandi,
assit hec cura, ut omni vanitate
explosa nitamini magis esse quam
inaniter videri, ut dicere possi-
tis cum Scipione Affricano:
Iam puero michi omne vicium
displicuit, et bonis artibus a pri-
mis annis deditus, scire solum tempus
putabam, sed ope semper perficere
quidquid magnificum a maioribus
natu aut litteris didicissem co-
natus sum. Nunquam vani honoris
auidus fui, sed semper esse quam videri
malui. In secundo deinnum
divisionis membro circa spectaculum
rerum cognicionem vobis domini
doctorandi preclaram memoraui,
in quo quia res hec vobis omnibus
quam notissima est, supernatum vi-
detur velle latius immorari.
Monstruosa nempe res est doctor
rerum doctor ignarus, magister
indoctus, consiliarius et orator
inexpertus. Hoc tamen in cognicione rerum
attendendum breuissime puto, ma-
ius esse considerare nos in eo quod
pretendunt, quam in eo quod sunt, ut
dicit Abbas Joachim in libro primo
de vnius c. xi: Per inde instrumenta
ad veritatem hinc seducimur
in errorem et indulgemus acceptacioni
tandem, hinc est enim quod precipites la-
bimur et turpiter detinemur
a rebus quas cordi et quibus
apponimus cor, quia pluris facimus
pulchritudinem seu delectacionem
